Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Johann Höppe

Breviarii Theologici Controversiarum, post publicatam Formulam Concordiae, inter Theologos Aug. Confess. agitatarum, Dissertatio ...

14 : De 1. Consensu Ecclesiarum A. Conf. cum Papist. & Calv. in fundamento ...

Rostochii: Kilius, 1676

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430

Band (Druck) Freier Zugang



RU theol. 1676
Varenius, Aug. /6

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0001
DFG

BREVIARII THEOLOGICI

Controversiarum, post publicatam FORMULAM CONCORDIÆ, inter Theologos Aug. Confess. agitatarum,

DISSERTATIO XIV.

DE

1. Consensu Ecclesiarum A. Conf. cum Papist. & Calv. in fundamento.
2. Hæresi.
3. Henotico Ecclesiarum invariatæ Aug. Confess. cum Reformatis Antipapistico.
4. Elencho nominali Ecclesiastico.
5. Autoritate FORMULÆ CONCORDIÆ.
6. Curiâ & Ecclesiâ Romanâ
7. Primatu Papali Romano.

Quam

MODERATORE DEO

Cujus illa apud Prophetam Sach. IIX. 16.19. vox est:

VERITATIS & PACIS jus dicite in portis vestris

VERITATEM & PACEM amate!

Consensu Venerandæ Facult. Theol.

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO, D.

Sereniss. Duc. Mekl. Theologo Professore, Consistorii Ducum Assessore, Collegii Theologici Seniore & p. t. DECANO,

publicæ collationi Academicæ d. IIX. April. A. O. R. cIↃ IↃC LXXVI. in Auditorio Magno hor. ab 8. antemer. submittet

JOHANNES Höppe / Rostochiensis.

ROSTOCHII, Typis viduæ JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1676.

1676

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0005
DFG

Universitäts-Bibliothek Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0006
DFG

Ad Præcellentem Juvenem

DN. JOHANNEM Höppe/

SS. Theol. Cultorẽ solertissimum, Amicum jucundissimum
alterâ nunc vice me PRÆSIDE publicè

RESPONDENTEM.

TUrbatur orbis bellicis furoribus
Jam Rhenus omnis, Rhodanus omnis, Matrona,
Mosa, Sequana, Vahalis, ac Visurgis, & propior
Albis relucet, atque Baltis ignibus
Nostrisque terris propius imminet malum.
Ut jam solo grave satis incubat malum.
Spargunt ab imo Tartari fundo excitæ
Flammas, facesque suggerunt Eumenides
Frugemque flammâ metere natalis soli,
Miscere populos, inque prælium Viros,
Equos & arma conciere gestiunt,
Lamenta, cædes, Urbium cadavera
Versos penates, & fluenta civium
Cruore fœda (triste spectaclum!) ferunt
Quantus tumultus, quanta tempestas, vide!
In bella cunctos Teutonis populos vocet
Et quantus inde mœror omnes attonet
Variosque casus tremere sapientem deceat!
Animos tamen studiumque sanctius, tibi
Penitus quod imis insidet dudum fibris,
Non inter arma ponis, ô *decus Rosæ*,
HOPPI, propago clara Nominis tui!

Quia

Quin damna, quō magis attonita reddunt ſtudia
Generoſiore eniteris tantò magis
Ardore mentis, & calentis indolis
DEO calentis. Bruma ter poſuit nives
Et tertiâ jam falce decubuit ſeges,
Per te REDEMPTOR perſonaret cum, ſuæ
Merita univerſa paſſionis, nobiles
Daretque palmas. Nunc cathedra te revocat.
Hac, quàm Viri, qui voce blandiloquâ parum
Pacem fidelem reddere choris poſtulant,
Quàm pallio ſub conſonantiæ mali
Conſilia dictent, machinatores doli,
Eloqueris & ſecreta tanta diſcutis.
Stant jura ſacra Veritatis regiæ,
Apponere his nil, demere his nihil licet,
Præjudicare pace fictâ nec licet,
Nec veritatis dogmati præſcribitur,
Sit *Veritatis* prima cura, ſit ſub hâc
Secunda, *Pacis*, aureum illud oſculum
Veri atque *pacis* reddat arbiter DEUS!
Tu *veritatis* atque *Pacis* ordinem,
DEO ſacratum pande, pande pectoris
Et ingeni ſolertis eximium decus.
Votum ſecundet (& ſecundabit) DEUS!

Honori & amori erga præcellentem DN. RESPONDENTEM *quod debuit*

L. M. Q.

AUGUSTUS VARENIUS, D.

IX. Articulus De ECCLESIA

Sectio I.

De consensu fundamentali, dogmatico Eccl. Aug. Conf. cum Papistis & Calvinianis.

§. 1.

DE illo qvæsitum fuit, & non â qvibusdam Papistis solùm & Calvinianis: sed & â quibusdam A. C. Symboli Professorum admissus talis est, usque adeò, ut Honoratus Fabri Jesuita occasione inde arreptâ scripserit nuper sub titulo: *Una fides unius ecclesiæ Rom.* contra *Adiaphoros s. indifferentes hujus seculi*, qvorum Duces, præter *Cassandrum*, *M. de Dominis*, etiam ex nostris numerat, juxta quos *in religionis communionem admittendi, omnes Confessores Symboli Apostolici in sensu 4. primorum Conciliorum Oecumenicorum, ipsique adeò Pontificii, Lutherani & Calviniani Ecclesiam Catholicam constituant.* Ceterùm postqvam per *collationem omnium fidei articulorum*, totiens â celebratissimis Theologis, A. C. sincerè addictis, integris scriptis probatum satis est: *Papismum & Calvinismum, non solùm circa modos, circumstantias, & rationem sive probandi, sive explicandi fidei articulos*: sed & circa ipsa fidei & salutis *nostræ fundamenta, sive in ipsâ articuli formâ, sive in principiis suis labefactanda, occupari, atque adeò non solùm fœnum, stipulas s. doctrinas erroneas superimponi*: *sed & ipsa fundamenta destrui*, & in sensu composito *Papismum & Calvinismum reconciliabilem* frustra expectari, apparebit facilè conclusio sc. *unam illorum cum nostrâ in fundamento fidei essentiali & doctrinali consonantem religionem non dari; sed in fundamento diversam*, nec adeò *erroneam* solùm: sed & *hæreticâ perversitate* laborantem *doctrinam* in illorum castris defendi.

§. 2. Non ignorabant Augustani olim Confessores,

Pontificios & *Apostolici*, & aliorum *Symbolorum Catholicorum* in 4. oecumenicis conciliis primariis compositorũ, qvoad ipsas sanè symbolorum formulas, esse Professores, & nihilominùs hos nobiscum *unam eandemq; sinceram & veram religionem s. unam simplicem veritatem colere & servare, inque unâ nobiscum Ecclesiâ vivere* (etsi utrumque inposterum optabant) nequaquam agnoscebant, prout contrà, Confessionem, quam tunc a. 1530 d. 25. Junii Carolo V. Cæsari Augustæ offerebant, pro *doctrinâ ex scripturis sanctis & puro verbo Dei, unaque illâ verâ religione*, & ipsi agnoscebant, & pro tali haberi ab ipsis adversariis volebant, ad quam *unam veritatem Dei omnes perduci ardentissimis votis â Deo*, in Cæsaris Palatio, nec id irrito planè voto & vel in ipsis Cæsarum cordibus, effectu, *petebant*. Conf. Præf. & Acta Conf. Aug. & apud Goldast. Ferdinandi I. tunc Regis & deinceps quoq; Cæsaris Rom. scriptum ad Lutherum datum Oeniponte Cal. Febr. a. 1537. ut adeò â consonantiâ qvadam generali circa literam veterem Symbolicam, ad consensum in fundamento, & absolutionem ab hæresi, non valeat consequentia.

§. 3. Nec Helvetii Zvvingliani, peculiaris Confessionis oblatione â nostris sese Ecclesiis apertè olim in illis ipsis Augustæ comitiis separantes, agnoverunt unam eandemque fidem, & salvis utrinq; conscientiis possibilem admittendamq; sibi in eâdem Confessione Augustanâ Symbolicam contesserationem, nec agnovit talem tunc consensum Philippus, cujus judicium legitur in Hist. Conf. Aug. Chytr. p. 327. *si conjungerentur, inquit, nostri cum Zvvinglianis, quod ne fieret, nos hactenus summâ fide atque diligentiâ prohibuimus, maxima confusio dogmatum ac religionum videtur secutura.* Sed & ne nunc qvidem, etiam qvi Syncretismos solicitant, nisi salvis suis ab Augustanâ Confessione invariatâ discretis Symbolis, Canonibus Dordracenis, aliisqve Confessionibus, omnibusqve & singulis

lis dogmatibus pacem tolerantiamque postulant. Miram verò sanctorum communionem, qvæ tam disparibus contradictoriisque incedit Symbolis!

§. 4. Qvin ne qvidem in illorum Symbolorum oecumenicorum, vel solius etiam *Apostolici Symboli* communionem magis admittere possumus Pontificios, qvàm illi, ex hypothesi *suæ etsi erroneæ interpretationis*, nostros admittunt, vel nostri sub tali perverso interpretamento idem cum illis Symbolum agnoscunt, & in tali sensu admitti requirunt. Scilicet, prout *Scripturæ*: ita & *Symbola*, non in *legendo*: sed *intelligendo* sunt, nec adeò qvi literam qvidem admittit: sed pravè perverséqve intelligit, & Symbola sine sensu Symbolico genuino, & fidem sine fide prætendit, ejusdem Symboli Professor est Catholicus.

§. 5. Ostendit illud jam nominatus Honoratus Fabri l. 3. in præcl. eff. 1. *Nullum*, inqvit, *Symbolum sectariis est nobiscum commune.* *Probat* per inductionem articulorum e. c. *de descensu Christi ad inferos*, *de S. Ecclesiâ Catholicâ*, *de communione sanctorum*, *de remissione peccatorum*, & præclus. effug. 16. *Nobis* (Lutheranis) *saltem commune esse Symbolum juxta exteriorem literæ corticem*, *non juxta interiorem veri & Catholici sensus medullam*. *Nobis nec fidem*, *nec spem eandem*: *sed meram esse præsumtionem*. Et fatemur sanè, qvisqvis illos articulos illo sensu explicat, ut e. c. credendum sit, CHRISTUM *solâ animâ separatâ ad præconium verbale & favorabile præstandum sanctis ex limbo & purgatorio post expletam jam purgationem liberandis*, descendisse ad inferos, sanctam illā *ecclesiam catholicam nec fuisse unquam*, *nec esse præter Romano Papisticam*, *ex Tridentinis* decretis & canonibus æstimandam, *ad cujus regimen prorsus necessaria sit unius*, *velut supremi judicis*, *Rom. Pontificis*, *magna & verenda autoritas*, remissionem peccatorum non obtineri, *nisi virtute clavium*, *quas à Petro*

tro acceperit Pontifex Rom. & ab illo, qui credat institutum in N. T. pœnitentiæ sacramentum, quod faciat ad expiandum peccatum actuale, prout Baptismi Sacramentum institutum sit ad expiandum peccatum originale, cujus pœn. sacramenti virtus perfectæ contritionis absentiam suppleat, unde &, cum in V. T. requisita fuerit contritio perfecta, in N. T. sufficiat attritio s. contritio semiperfecta vid. id. Jesuita l. 2. prop. 10. rat. 11. vid. id. effug. 15. p. 296. non magis illum *pro Symboli Apostolici* Professore habere, quàm in Symboli, *illo sensu* accepti, communionem venire nos posse, ut sic revera Papismus ex suis dogmatistis æstimatus, sit ἀσύμβολος s. *non habens ex toto communionem cum Symbolo Apostolico.*

§. 6. Admittimus hâc ratione superiorem Fabri Confessionem: *Nullum Symbolum* nobis (quos sic *sectarius* s. hæreticus, hæreticos vel *sectarios* appellat, prout Paulum Tertullus Act. 24. § 14.) *cum illis* in Ecclesiâ sectariis *commune esse*, & quod idem ad eff. 18. p. 313. *Deus cum Belial convenire non potest. Error palmaris est, hæreticos cum catholicis in fidei societatem venire, & hunc novum & palmarem errorem antiquis erroribus per hujus modi conciliatores accedere.* Cæterùm quæ conseq. *Lutherani non credunt Ecclesiam præsentem Romano Papisticam*, maximè post-Tridentinam, esse illam, quam Symbolum vocat, *sanctam Ecclesiam Catholicam.* E. *simpliciter non credunt Ecclesiam sanctam Catholicam, nec Romanam veterem*, (qualis erat tempore primorum 4. secundùm excellentiam Oecumenicorum conciliorum) *fuisse partem* homogeneam *Ecclesiæ Catholicæ*, vel: *Non credunt veterem Romanam solam fuisse illam Catholicam.* E. *non credunt Ecclesiam sanctam Catholicam.* Probandum erat, in Ecclesiâ Romano Papisticâ id teneri, quod ab omnibus, quod ubique, quod semper creditum est, & omnia Papistarum dogmata talia esse, & sic legitimandum Catholicismi nomen.

§. 7. Habet sanè illa ex Canonibus & Symbolo Triden-

Tridentino æstimatus, articulos, qvi vel expressâ literâ, vel necessariâ consequentia, negationem continent veri fidei articuli, & adeò sunt Catholicæ fidei fundamentalis destructivi, quales, ut paucos solùm indigitemus, sunt, qui habentur in Syn. Trid. sess. 6. can. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 28. 32. sess. 22. 1. 3. 5. Habet quoque Calvinismus propositiones in articulo de gratiâ, prædestinatione, personâ Christi, & sacramentis, cum fide fundamentali irreconciliabiles & apertè contradictorias (nec enim omnes Calvinianorum Doctores probabunt illud nimis liberaliter â Pareo Conciliatore in Irenico c. 13. p. 69. 71. pronunciatum: *jam inde â primo schismatis hujus exortu non fuisse controversiam Evangelicorum, nisi de unâ stipulâ vel paleâ s. unâ caq; ad salutem non necessariâ parte doctrinæ de cœnâ sc. de Corporali in pane præsentiâ & orali manducatione corporis Christi*) conf. Anti Calvinismus, & Tractatus de tutis, relig.

§. 8. Et licet nec ex Pontificiis superiori & nostro seculo defuerint, qui Augustanæ Confessioni luculentum veritatis testimonium ultro dederint, nec ex ipsis Calvinianis moderatiores quidam, qui (verba sunt Blondelli & Joh. Dallæi in Apolog Mos. Amyraldi adversus exercitationes Frid. Spanhemii) *Ecclesias nostras, Catholicæ, cui certa salus promissa est, nobilia & vivida membra reputarint, qui dogma nostrum de Christo, quoad ipsum corpus in sacramento, modo quodam incomprehensibili, præsente, sacramento naturam & vim suam omnem tribuere, nec vel pietati, vel charitati, vel Dei honori, vel animæ saluti adversari & cum Christianæ salutis fundamentis optimè consistere posse*, publicè confessi fuerint, quique ab Eutychianismo, artolatriâ in eucharistiâ, transsubstantiationis errore, Pelagianismo, cæterisque imputationum portentis nostros absolverint, ultrò protestati, se *in prædestinationis* dogmate Calvinianos nõ esse, tamen major utrobiq; numerus fuit, & est, illorum,

quitot ac tan tarum damnatissimarum hæresium imputationibus nostras Ecclesias infamare, prout Tridentini anathematibus in nostr am veterisque Ecclesiæ Catholicæ fidem fundamentalem sævire, non sunt veriti.

§. 9. In Tridentino sanè Concilio non abnegata solùm veritas: sed & horrendis anathematis est abjurata & damnata. Nec alia mens, quin vel sævior in post Tridentinis conf. Catalogus *annulorum hæreticorum* apud Sinnichium in Gol. prol. à c. 47. ad c. 57. p. 473. & de Calvinianis Hunnius in διατυπώσει *de fundamentali dissens.* n. 495. & seqq. Quin quo loco nostras Ecclesias habeant, non solùm ex *Ursini Neostadiensi Epitaphio*, & *Amesii de Cas Consc.* l. 4. c. 4. sed & ex clarissimâ confessione Dordracenorum contra Remonstrantes in Act. Synod. p. 1. pag. 180. *Amplissimi Delegati, extra reformatam Ecclesiam NULLUM inter illos* (Remonstrantes) *NULLUM ALIBI CORPUS ECCLESIÆ AGNOSCUNT*: & p. 138. *Palatini: Concilii abulæ Pontificiorum & Lutheranorũ tantum differunt ab hâc Synodo* (Dordracenâ Calvinianorum) *quantum cœlum â terrâ distat. In illis decreta hominum Papæ & Lutheri: hic Decreta Dei audiuntur. Ibi ADVERSARII MANIFESTI: hic FRATRES & EJUSDEM ECCLESIÆ SOCII.* Et quatenus quidem tantam nostræ â suâ heterodoxiâ religionis, quanta *cœli â terrâ est*, distantiam agnoscunt, & nostram æquè ac suam usque adeò *contradictionis signum*, ut ex hujus lege, alterutram *falsam*, imò *hæreticam* esse oporteat, & sic nullus *fraternitati* locus, laudandus Zelus est, & agnita contradictionis lex: cæterùm erratur in hypothesi & applicatione, cujus causa idem illis acclamandum, quod Anacreonti senem se credere nolenti: λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει. Ablegatur sc. ad *speculum*, ut *intuitus hoc*, agnoscat se *calvum*.

§. 10. Neque vero ab ipso *consensu fundamentali* simpliciter excludendi, hæresique mox notandi, quotquot sive *sub Papatu*, sive *Calvinismo*, vel vixerunt olim, vel etiã nunc vivunt, sive

sive apertè, sive tacitè fermentum hæreticũ domi agnoscentes, & detestantes, sive simplici suâ alicubi ignoratione laborantes. Probamus sententiam Augustini ep. 162. *Qui sententiam suam, quamvis falsam atq; perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audaciâ præsumtionis suæ pepererunt: sed à seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cautâ solicitudine veritatem, corrigi parati, cùm invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.* Nec enim de nudâ fundamentalium dogmatum *ignoratione*: sed expressâ *negatione*, heterodoxiæ *oppositione*, veritatis *condemnatione*, & aliter sentientium *detestatione*, & sic supposito jamdudum schismate, schismaticâ *separatione* quæritur, an sc. ad eandem sanctorum communionem referendi, & velut in fundamento consentientes ab hæresi absolvendi sint, qui *contrarium pertinaci animositate defendunt, qui* fidei Catholicæ anathematismos opponunt?

§. 11. Commendavimus paulò antea judicium Augustini, *qui, prout tales, sententiam, quamvis falsam atque perversam, nullâ pertinaci animositate defendentes, nequaquam inter HÆRETICOS deputandos* esse censuit, & quia tales esse credebat quosdam Donatistarum Episcopos, *communicatorias* illis literas scripsit, quin *dilectissimos ac meritò prædicandos fratres* appellavit, pari moderatione usus apud Massilienses, etsi non planè *à Pelagianis semitis declinantes*, quos & *fratres* appellavit & eo modo tractari voluit, quo Apostolus *quosdam* Philippensium *aliter sapientes* Phil. 3. 15. conf. Aug. *l. 1. de prad. sanct. & l. un. ad Valent.* ita aliter agendum judicavit apud *manifestos & pertinaces* hæreticos, e. c. Pelagianos, Donatistas, unde ibidem agnoscit se ad nonnullos *Donatistarum primarios odiosâ superbiâ tumidos, pervicaciâ malæ contentionis insanos, non communicatorias: sed privatas saltem, qualibus etiam ad Paganos uti licet*, scripsisse: vid. ep. 162. Usa eâdem moderatione & distinctione, *ex-*

ne *ex quadam animi simplicitate errantium, & pervicacium, blasphemorum Doctorum*, Formula Concordiæ, præmisit in pr
fatione, quæ merentur legi §. *Ad condemnationes*, ne quis inter
pestivus Zelota promiscuè vel totas illas *Ecclesias*, vel quo
quot in illis vivunt, *ac illos qui simplicitatem quandam suam sec
ti, negotium quidem ipsum non probè intelligunt, blasphemias tam
nullo modo probant, damnet, & Diabolo tradat.*

§. 12. Videri quidem poterat visumque fuit M. Ant.
Dom. *hæresin* omnem *collocandam* non in *additione & excessu*
sed in fundamentalium fidei dogmatum *defectu*. Nec nega
licet, dari excessum non hæreticum, qualis erat in *superfruct
ra* illorum *Architectorum*, qui postquam Paulus ut *sapiens A
chitectus*, JESUM CHRISTUM *fundamentum jecerat* (c
ipse pari *prudentiâ* Architectonicâ, *aurum, argentum, lapides pr
tiosos* superstruxerat) fundamentum quidem tenuerunt: ca
terùm *ligna, fœnum, stipulam*, capacissimam flammæ absume
tis materiam, *superstruxerunt*, non prout illi in classe 1. Arch
tecti, *mercedem*: sed *damnum operis* accepturi, & ipsi quiden
servandi: sed *velut per ignem* 1. Cor. 3.10. & seq. Sed & ostensum
alibi, in Theologiâ Adversariorum dari *manifestos defectus*,
superstructuram Papisticam, ac supplementum illud Symbo
cum in Bullâ Pii 4. Tridentinâ, post illud, AMEN, inde â §. *Ap
stolicas*, abire in *excessus ipsius fundamenti destructivos*, & adeò
defectus, ut ita nec ad primum illud: nec ad 2. sed 3. genus A
chitectorum s. quorum *superstructura* fundamentum fidei C
tholicæ Apostolicæ evertit, illi Dogmatistæ sint referend
Confessus autem erat M. Antonius de Dom. utriqu
illi parti magis quàm nostræ addictus, *articulos illos q
saltem virtualiter aut consecutivè continerent veri alicujus veræ
dei articuli negationem, hæreses esse*, nec ampliùs ire potuit, quà
ut ostenderet: MULTOS *articulos, quos addit Papatus, non*
e,

esse hæreses: sed magnos saltim errores. Neque verò unquam tam absurdi fuimus, ut sine discretione dogmata Ecclesiæ Romano Papisticæ singula hæreticorum titulo notaremus. Manet autem illud: *Non quemvis ædificantem super idem fundamentum, non esse hæreticum*, nisi ædificet super idem *integrum* cum *omnibus articulis fidei fundamentalibus*, nec *indirectè*, sive per *appositionem* destruentem, sive, per debitæ proportionis & latitudinis remotionem, *fundamentum evertat*, alioquin nec ipsi Pseudapostoli in Concilio 1. damnati, fuerint hæretici.

§. 13. Apparet inde, quo loco habendum, quod nostro seculo, & â Calvinianorum quibusdam Conciliatoribus Pareo, Bergio, Duræo, Maresio, Melleto commendatum, solicitatumque, & nostratibus quibusdam admissum Irenicum, vel Aug. Confes. invariatæ Confessorum cum Calvinianis s. Reformatis, Henoticum, & an Dd. γνησίως Augustanæ Confessioni addicti, sese cum Reformatis, *velut aque Aug. Conf. sociis, & in fundamentalibus* ὁμοψήφοις, *contra Antichristum* (prout loqvuntur) *Tiberinum, aliosque Hæreticos, illæsâ conscientiâ conjungere, & unoore ac Spiritu articulos fidei propugnare possint?* Equidem prout, ubi dissensus datur fundamentalis, Henotica talia sunt φάρμακα λυγρὰ & divinâ lege proscripta conf. 2. Cor. 6. 14. 15. 16. (qualia illa post Leones, Cæsarem unum, alterum Episcopum Romanum, seculo 5. *Henotica Zenonis, encyclica Basiliſci*, cumque in has vel illa, jam juraſſent, ipsamque sic fidem Chalcedonensem abjuraſſent vel 500. Episcopi orientales, ipsique, præter Acacium Constantinop. orientis Patriarchæ, orta inde certamina inter Episcopos Rom. & Cæsares, ac anathemata in hos orientales, sub Pontif. Hilario, Simplicio, Felice III. Gelasio, & post hunc sub Anastasio contra Anastasium Augustum, sub Symmacho item & Hormisda, per quæ turbatus orbis pariter & Ecclesia)

ita si detur *jam religiosa fraternitas*, & qualis in hâc supponitur, sincera in *Augustana Confessione contesseratio*, *consensus* partium *fundamentalis*, tum in positivis, tum in negativis Catholicis, nihil ad *Henoticum* tale, nihil ad unitatem Ecclesiæ obstaret, agendumq; tunc ex lege Pauli foret: πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν Phil. 3. 16.

§. 14. Cæterùm, hypothesis de *consensu fundamentali & sincerâ societate ejusdem Symboli Augustani*, falsitas est ipsis palpanda manibus, contrariumque ex benè multorum Aug. Confessionis articulorum cum fide Calvinianorum collatione, totiens jam & solidis nostrorum scriptis & in ipsis colloquiis, cùm aliis, tum e. c. *Montebelligartensi anno 1588. Lipsiensi anno 1631.* (ubi in syncretismos itum, vanum conciliatorum somnium est) probatum, ut tale quid nunc demum postulare, sit Iliada post Homerum requirere: unde postulanti in Coll. Momp. Bezæ *se cum suis symmistis pro fratribus agnosci, & dexteras sibi fraternitatis porrigi*, respondit Jacobus Andreæ: *Mirari se, quomodo eos pro fratribus agnoscere possint & velint, aut eorum fraternitatem expetant, quos pro talibus agnoscant, qui damnatas hæreses ab orco revocent & Ecclesiæ Dei obtrudant. Contra verò, in quibus & quàm tetris erroribus ipsi versentur, HAC COLLATIONE eis demonstratum esse. In quibus cum adhuc perseverent, ipsos intelligere, quod eos pro fratribus non possint agnoscere. Ideoque minùs ægrè laturos, quod dexteram fraternitatis illis non præbeant: dexteras autem humanitatis haud gravatim porrecturos*, ad quod responsum â Beza: *Quandoquidem dexteras fraternitatis nobis porrigere recusatis, amicitiæ etiam dexteras nolo*, & ultimò â Jacobo Andreæ: *Ergo intermittatur.* Et sic excessum est Montebelligartensi vid. Acta p. 568.

§. 15. Scilicet ipsum βάρος dogmatum fidei fundamentalium, in quibus distantia datur, contradictoria dogmatica pariter

pariter, & primariorum Scripturæ locorum everſiva exegetica, ipſa evidens Auguſtanæ Confeſſionis litera, quæ art. 10. improbat docentes, *quod corpus & ſanguis Chriſti non* VERE ADSINT & DISTRIBUANTUR (omnibus) *veſcentibus in Cœnâ Domini*, quæ art. 12. *damnat* illos, qui negant, *ſemel juſtificatos amittere poſſe Spiritum Sanctum*, quæ art. 13. iterum damnat illos, *qui docent, fidem non requiri in uſu ſacramenti* (e. c. Pædobaptiſmo) quæ *credat remitti peccata*, quæ docet *voluntatem impiorum* NON ADJUVANTE DEO, *avertere ſe à Deo* vid. art. 19. quæ damnat illos, qui negant, *per Verbum & Sacramenta tanquam per inſtrumenta donari Spiritum S.* (vid. art. 5.) excludit ſinceram ſocietatem Symbolicam, conſenſum fundamentalem, & talem adeò fraternitatem, ac contra adverſarios alios conteſſerationem. Et tantum abeſt, ut, qui hîc conciliationis Zelum οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, oſtenderunt, per oblatos nomine omnium Eccleſiarum Reformatarum libellos, fidem publicè facientes, ſive dogmatum liqvidationem, ſive autoritatem conſenſumq; legitimare potuerint, ut in ſuâ religione a pertinacioribo Zelotis nihil dogmatis immutatum agnoſcentibus, ſalvo toto ſuæ doctrinæ corpore pacem requirentibus, de hac autem velut impoſſibili deſperantibus, ludibrium debuerint. Quibus qui ex noſtris avidè magis, quàm cautè δεξιὰς κοινωνίας porrexerunt, quàm cùm *orthodoxis*, tum ipſis Adverſariis ſuſpectos ſeſe reddiderint, illorumque Henoticorum in fundamento, publicatione ad publica ſcandala contribuerint, id verò Provinciarum & in his turbatæ undiquaque Eccleſiæ, cujus haut parva tentatio illa fuit, calamitates, nunc loquuntur.

§. 16. Auget Syncretiſmi difficultatem ipſa ſententiarum adverſæ partis varietas, quâ Doctores vel Dogmatiſtæ illorũ inter ſe diſcernuntur, & vel circulo circumaguntur, nunc

ad Confessiones, nunc ad Dordracenos Canones, nunc ad illorum Interpretes post Dordracenos scriptores provocando, nunc liberè, contra hos, & vel antecessores, Calvinum, Bezam, Piscatorem, Martyrem, ceterosq; excipiendo, & seipsos mutuò conficiendo, quæ & alia, vel propter ipsius Dei, candorem, constantiamque requirentis, respectum, magna sunt contesserationis talis obstacula, ut prudenter sanè vocatus ad Thorunienſem olim conventum Theologus, â conjunctione tali ceteroqui non alienus, putaverit *non operis esse, aut fieri posse, ut dissidia inter Protestantes prius componantur, quàm cum Pontificiis congrediantur.* Et certè nec ante Synodum Torunienſem, etsi magno labore in Colloquiis nostrorum & Reformatorum præliminaribus flagitata, est obtenta, & in ipsâ Torunienſi Synodo (quia prævisa desperata, & Orthodoxiæ præjudicatura) vix tentata s. postulata est talis contesseratio, adversus prædominantes tunc Romano-Catholicos, adversus quos magno ceteroqui usui futura videri poterat.

§. 17. Et mirum satis, cum in ipsâ A. Confessione damnatus in Zvvinglianis sit Calviniſmus, cum Calvinus, Beza, pluresq; alii subscriptionem Aug. Confessionis, *velut facis furiæ ad excitandum incendium, quo tota conflagret Gallia*, aliquando recusarint, cum alii vel hæreticorum titulis nostros, Ecclesiasque nostras, jamdudum infamarint, Syncretiſmos nunc tales postulari, & Symboli communionem jactari. Subscribunt vel saltem subscribere se profitentur Augustanæ Confessioni, sed cum reservatione mentali e.c. (1) *Aug. Confessionis variatæ a.* 1540. & seq. vel (2) *intellectæ ex mente novissimâ Philippi* (3) salvis suarum Confessionum formulis vel (4) *secundùm Dei verbum* (ex interpretatione sc. Calvinianâ) quomodo Crocius: *coram Deo* inquit, *& Ecclesiâ publicè ore ac corde protestamur, nos omnes & singu-*

singulos Aug. Confess. articulos secundùm Dei verbum, quod illius norma est & unicum fundamentum, intellectos, approbare: imò protestatur, *se articulum 10. admittere, & tamen illos, qui verba institutionis secundùm literam & sine tropo admittunt*, ait *errare*. Summa ergò protestationis Crocianæ est, se approbare art. 10. Aug. Conf. *secundùm Dei verbum* sc. prout Zanchius, *in sano sensu, Calviniano* sc. intellectum, ut per voces illas: *& improbant secus docentes*, notetur ipse Lutherus, ipsa Confess. Apologia, & nostræ, quæ & ἐγγὺς in verbis S. Cœnæ, & substantialem præsentiam corporis & sanguinis Jesu Christi in cœnâ, his in terris celebratâ credunt & confitentur, Ecclesiæ.

§. 18. Neque verò *armatura Apostolica* curat *carnales Syncretismos* 2. Cor. 10. 4. respuit potiùs & vitare jubet, Pseudo-prophetas, qui *sub ovinâ* celant, ad tempus, *lupinam*. Quid enim tuti per tales Syncretismos? Apparent ubique ignes suppositi cineri doloso. Consideretur postulatum, s. hypothesis, sub quâ Pax & unitas Ecclesiæ postulatur sc. *salvis discretis Confessionibus* e. c. Confessionibus Calvinianis, Canonibus Dordracenis, & illis ipsis domi ambiguis & de industriâ sic alicubi compositis, ut cothurni sint utrique pedi apti, erroribus quibusdam planè præteritis, aliis pravâ incrustatione obductis vel occultatis, sic ut utrique parti etiam domi dissidentium, in contradictorio, ad Harmoniam suarum Confessionum, & Dordracenos Canones ac judicia provocare liceat. *An autem ambulaturi sunt duo unà, nisi inter se priùs conveniant?* Amos. 3. 3. &: *Propheta ille, penes quem somnium est, enarret somnium, & penes quem est verbum meum, ELOQUATUR VERBUM MEUM VERE. Quid isti PALEÆ cum tritico? dictum Jehovæ. Annon verbum meum est sicut ignis? annon sicut malleus faciens ut dissiliant petræ.* Jerem. 23. 28. 29. Conferantur ibidem fulmina divina in illos solo simulacro, & linguæ accommodatione Prophetas,

in quorum ore frequens illud יהוה נאם conf. Jer. 23. v. 32. & seqq. adusque finem.

§. 19. Et testatur orbis, infelicia & eventu vana fuisse, Papistis autem triumphalia talis Syncretismi consilia, quod colloquiorum quorundam, & hæc inter Wormacensis superiori seculo a. 1557. nostrâ ætate Lipsiensis a. 1631. Lissensis in Poloniâ & Thorunensis a. 1645. testantur exempla. Quin Dd. Pontificii ad tale colloquium autoritate superiorum ablegati, ex horum instructione, aut comparebunt, acturi 1. nonnisi cum Augustanæ Confessionis invariatæ Doctoribus vel 2. cum his & aliis Reformatis, sive ut scapham scapham appellemus, (quandoquidem piè *reformatorum*, vel *reformatarum Ecclesiarum* nomen non aliorum fuit quàm nostrorum Confessorum, *invariatæ Aug. Confes.* symbolo, sine fuco & sacrâ simulatione discretorum, æquè ac inde ab anno 1529. & comitiis tunc Spirensibus, nec minùs, teste ultimâ Aug. Conf. præfationis voce, a. 1530. Augustanis, *Protestantium*, conf. Form. Concord p. 630. & 633. ubi *reformatæ Ecclesiæ* contradistinguuntur, non *Romanensibus* solùm: *sed & aliis rejectis & damnatis hæresibus ac sectis*) cum Calvinistis, & sic collocutor Papista requiret, quinam sint illius Symboli genuini Professores? neque sive hi (nisi Syncretistas se & proditores veritatis ostendere publicè velint) illos de fide & Confessione heterodoxâ justè suspectos & Symbolis discretos in suos admittent, sive istorum Zelotæ tale quid, sive expetent, sive permittent: atque sic (quod Adiaphorismo, vel, in quem hic exit, Puccianismo & Samaritanismo præstat) publicè declaratur, desperata, causâ religionis sic habente, fraternitas & conjunctio partium; Aut 3. generaliter cum *dissidentibus in religione* s. *rebus fidei, ab ecclesiâ* (quam sic ipsi vocant) *Catholico Romana* (prout glorios. record. Uladislaus Polonorum Rex, sub

dato

dato Vilnæ 20. Martii anno salutis 1644. & præeunte Synodo Provinc. Varsavienſi, præſidente Matthiâ Lubienski Archiep. Gneſuenſi 12. Nov. a. 1643. Torunii *colloquium charitativum* indixerunt) cauſam religionis agere jubebuntur, & ſic, ſi citra liquidationem, & capitum controverſorum conſiderationem, ac laudabilem illam ab erroris tyrannide ad veritatis regnum (cui nunquam præſcribitur) *apoſtaſiam* (1. Tim. 6. 5. 2. Tim 2. 19.) coeatur in Syncretiſmos, grande illud adverſæ parti παράδοξον fuerit, & illi tanto magis Pontificiis ſuſpecti, quantò & magis antea inter ſeſe animis diviſi, & nunc minùs coacti, derepente Fratres facti, ſic ut integra illis, & hîc & ibi, in caſu talis Syncretiſmi relinquatur libera, quid ſub feſtinatâ illâ, præſumtivè parum fidâ ſinceraque conteſſeratione, monſtri alatur, minutiùs inquirendi, vel illos quoque ad officium apologiæ, quam ex regulâ Petri debemus πανὶ τῷ αἰτοῦντι (1. Petri 3. 15.) vocandi: quod ſi autem noſtrates in tali conſilio judiciis dividentur (admittentibus aliis, aliis autem deteſtantibus talem religioſam conjunctionem) jam dabitur Schiſma, ipſeque conventus erit ventus. Ampliſſimus ſc. hîc Pontificiis dabitur campus, noſtros inter ſe committendi, atque ſic infactâ cauſâ, nec ſine triumpho, de hæreticorum, quos ſic ipſi vocant, diſcordiâ, diſcedendi.

§. 20. Nec periculo caret, in tali conventu vel ſine Symbolis agere, vel ſalvis diſcretis Symbolis in prælium contra tertium, deſcendere, grande autem paradoxon Pontificiis foret, concilium Tridentinum in judicium ſic vocare, ut non niſi ad quæſtiones,, vel κεφάλαια inde formanda, ipſis, nec ad alios fines, Auguſtana Confeſſio, noſtris in tali conventu, uſui eſſe poſſit. Quomodo *exercitus*, cauſâ vel jure belli, caſtris ac vexillis, diſcretus, militabit ſine Symbolis? Quomodo unus ſub diverſis? Et poterat illud, ſive abdicandorum ſive ſuſpendendorum

dorum, sive in mera κειμένα convertendorum Symbolorum, sic ut per veritatem demum eruendam, nova parentur Symbola, neglectis illis tanto Martyrum sanguine firmatis, per ἀδιαφορίαν, ad Atheismum, & viam portamque latam abducere. Sine divinæ sanè veritatis detrimento, manifestoque nullitatis & ludibrii periculo, in tales, quæ Symboli sive communionem, sive abdicationem, supponant, Syncretismos & conventus concedere, integrum haut fuerit: sed & non nisi imprudenter *discordem illam concordiam* nostrorum & Calvinianorum opponere Pontificiis, vel aliis, non citra hæresin heterodoxise, c. Socinianis, Anabaptistis, cum plus ultra constet, ipsos Calvinianos in benè multis sive fidei articulis, sive horum argumentis, & locis probantibus vel horum exegesi & accommodatione, cum omnibus illis ipsisque adeo Papistis contra Orthodoxiam, & fidem verè Catholicam svaviter conspirare, & de consensu tali reciproco aliquando mirificè sibi gratulari.

§. 21. Ita in articulo *de personâ Christi*, *de communicatione Idiomatum*, *de sessione Christi ad dextram Patris*, Pontificii contra nos in subsidium aliquando sunt â Calvinistis vocati, &, velut tales qui orthodoxè totum negotium explicarint, solicitati & commendati, ad plausus usque Sperlingii, & aliorum Jesuitarum conf. Hosp. Conc. discors p. 17. 18. Becan. in manual. tit. de ubiquitate, Bell. l. 3. de incarn. c. 9. 10. 11. 12. & imprimis cap. 15. 16. Beza part. 1. resp. ad acta p. 122. ubi nostrum dogma *de reali communicatione Idiomatum* in personâ Christi, appellat *Eutychianum*, adversus quod, vel ejus assertorem *Chemnitium*, ex suis *appositissimè scripserit Lamb. Danæus* & qui *Pontifici Romano sunt addicti*, *in illo ipso dogmate secum* s. cum Calvinistis sint *Orthodoxi*. Nec aliter Scholiastes *Catechismi gratiæ*, Maresius, in Synopsi, immane quantum, sibi gratulatus, de Jansenistis

nistis & Dominicanis, velut *genuinis Augustini discipulis, qui sanam sanctamque gratiæ doctrinam, à Deo omnis gratiæ, in scripturis sacris Ecclesiæ commendatam, ad exemplum magni illius Hipponensium Præsulis, eandem contra sui ævi hæreticos vindicantis, ex Paulo & aliis Apostolis gratiæ Christi præconibus fortiter & cordatè defenderint*, & torvum intuitus, vehementissimeque ibidem invectus cùm in Lutheranos, qui pluris faciant Pelagiana & Semipelagiana placita, quàm sanam illam de *gratiâ doctrinam*, tum in suos Hypotheticos, qui, ut *Syncretismum, cum Theologis illis, qui Augustani dici volunt, studiosiùs promoverent, multa de gratiâ, & redemtione universali, ac de prædestinatione, proposuerint, quæ ipsi genuini veræ gratiæ assertores, communionis Romanæ, improbarint & detestati sint.* Ita Maresius, qui & in Synopsi quæst. 5. de cœnâ contra Brochman. nostrum illud & verè Catholicum de *universalitate gratiæ & redemtionis* dogma, *Pelagianum pelagus* appellare veritus haut est. Et tamen ille protestatus alibi, (resp. ad Blondell.) se specificè esse Reformatum, & nolle sive formaliter sive eminenter esse Lutheranum, inter insigniores ævi nostro Irenicos censeri voluit, sic ut hujus consilium Irenicum, in *medio novo Concordiæ inter Evangelicos* anno 1661 publicato, maximè probarit Joh. Melletius Collignio Wirtenbergicæ principis Concionator aulicus.

§. 22. Et videri quidem Maresius l. supra allegato voluit, illo nomine maximè indignari, quod & nostri, & illorum Hypothetici, quorum Coryphæus, Riveti, in vindiciis Spanhemii, judicio, Moses Amyraldus, hîc Molinæi, Lessii, Svaresii, Becani, Fonsecæ, Arriagæ ac similium Jesuitarum vitulâ maluerint arare, & ad horum *Pelagiana dogmata propiùs accedere*, atq; sic his *contra Jansenistas in ipso Papatu gratiæ Dei solidos propugnatores, suppetias ferre*: ceterùm, præterquam, quod Paralogismus petitionis principii est, dogma nostrum de gratiâ & re-

demtione universali, tam Pelagianum esse, quàm ceteroqui in illo veneramur illud πέλαγος gratiæ, ad quod Servator ipse intonuit illud: *sic Deus dilexit mundum!* Joh. 3. 16. & in quo agnovit Apostolus, ad quod exclamaret illud ὦ βάθος. Rom. 11. 33. cum illis ipsis Jesuitis, quos tanto hostico adoriri videri volunt, benè ipsis domi convenit. Quid enim adeò hîc desiderabunt in illis, qui admittunt, *determinari præelectionem voluntatis, ab ultimo judicio intellectus practici, & naturas electorum sic in utero conditas à Deo, ut non possint non consentire vocationi, nec rejici gratiam congruam, & efficacem, altæ & secretæ vocationis, velut quæ subsit scientiæ mediæ*, quæ omnia legere licebat in Bellarmino, Jesuitâ sane, & qui ceteroqui Pareo, in subsidium vocatus in Svalbac. Coll. p. 25. *Bellarminus*, inquit, *ipse, in hunc sensum, prout nos, de Reprobatione statuit. Facit enim reprobationis geminum actum, unum negativum, non miserendi aliquorum, & hunc meré* εὐδοκητὸν, *alterum positivum, puniendi reprobos propter sua peccata. Cui declarationi Bellarmini tanquam tutiori ego libenter subscribo, & Bellarmino me hîc consentire testor.* Ita Pareus l. alleg.

§. 23. Neque aliter in quæstione de certitudine gratiæ & salutis, ubi in asserendâ certitudine, quam sic vocant, *objectivâ*, quamque contradistinguunt *certitudini subjectivæ*, sibi suisque cum Pontificiis convenire gloriatur Rivetus in dialysi Grot. discuss. p. 582. certitudinem autem subjectivam *Pontificios tantùm statuere moralem, nec eam infallibilem*, Calvinianos *contra, illam tenere ex fide & motu Spiritus adoptionis, quem motum, si quis, ad minimum, ubi moriturus, nec sentit, nec se sentire profitetur, ejus vices dolere* Calvinianos, prout Rivetus Grotii. Licet autem *certitudo* illa, per *quam nemo pius de Dei misericordiâ, de Christi merito, de Sacramentorum virtute & efficaciâ dubitare debet* (conf. Syn. Trid. sess. 6. c. 9.) æquè sit certitudo subjectiva,

jectiva, in actu sc. signato & extra applicationem individualem, quàm, quâ qvis *de suâ gratiâ*, s. qvod *gratiam Dei sit consecutus*, non formidat, certitudo subjectiva est, in actu exercito reflexo ad credentẽ e. c. Paulum Rom. 8. 35. 38. Gal. 2. 20. & sic respectu individualis applicationis: licet, negatâ illâ certitudine subjectivâ, negetur quoq; illa objectiva, prout hâc positâ ponitur qvoqve illa, quâ fide tamen sibi cum Papistis *de certitudine objectivâ* s. *de Dei misericordiâ, de Christi merito, & sacramentorum efficaciâ* convenire Rivetus dicere potuerit, nemo nescit, nisi qui ignorat Calvinismum, nec minùs, quâ fide sibi in *certitudine subjectivâ* plus arrogare ausint, quàm Papistæ (de quib. conf. Trid. sess. 6.. Can. 13.) postquam agnoverunt Dordraceni Theologi Provinciales: *In electis ante vocationem ipsorum efficacem, nullum esse electionis sensum, & post eam vocationem ob varias infirmitates & conscientiæ angores, & conflictationes, quibus in hâc vitâ sæpè jactentur, fieri interdum debiliorem, obscuriorem & interruptum*, nec minùs Calvinus (l. 3. inst. c. 2. §. 11.) *reprobos interdum simili ferè divinæ gratiæ sensu, cum ipsis electis affici, sic ut quoddam mutui inter Deum & illos amoris, desiderium in illorum cordibus excitetur, sic ut non aliorum saltem: sed & suo judicio nil quicquam ab electis differant* (vid. ibid. §. 12.) *de quo*, & annon, in probandâ certitudine *gratiæ, salutis*, & adeo *electionis* ex *fide*, & hâc iterum, quatenus est fiducia, quâ *certò confidimus, nos à Deo dilectos, à filio redemtos*, ex electione, vel in probandâ fide ex *fructibus fidei*, & hos ipsos motus esse veros *fructus fidei*, ex ipsâ fide (quâ nisi suppositâ & *rectè ex suis causis constitutâ, nulli* dantur *fructus fidei*, vel *opera Spiritus adoptionis & sanctificationis*) circulo circumagantur, quin &, cum ipsi agnoscant, quod in judicio Synodico Dordraceno part. 1. p. 306. Pareus apertè pronunciavit: *Ex puris particularibus, quæ esset consecutio, quæ consolatio? Quisquis pro universali supponit particulare,*

rem, illum Christianam consolatione m destruere, (vid. ibid.) ac propterea ponant velut universales pro fundamento fidei, sive falsam illam: *O. pro quo Christus est mortuus, ille salvatur.* Pro me &c. sive veram alteram. *O. qui credit in Christum,* (perseveranter) *salvatur. Ego credo* & crediturus sum &c. E. tamen ubi ad probationem minoris venitur: unde *certi* sint, *Christum pro se mortuum*, & se adeo *credere posse* & *credere, Christum pro se mortuum*? omnia resolvantur in particularem, quid vel sic certi in fundamento salutis habeant, ipsi viderint. Nos saltim, quàm nullus hîc quoque Syncretismo nostrorum cum Reformatis s. Calvinistis locus, cùm in assertione certitudinis illis relativæ s. cognitionis, tum in principiis, unde illa elicitur, remonstrare in transcursu voluimus.

§. 24. Et quantus hinc inde in aliis quoque dogmatis Papistarum & Calvinistarum datur adversus orthodoxiam, Syncretismus? Ita in loco de *pœnitentia*, blandissimè conspirant, *fidem* illius perimetro excludendo, neque partem, illam: sed *causam*, vel *matrem* pœnitentiæ agnoscendo conf. Syn. Trid. sess. 6. cap. 7. sess. 14. Can. 4. Calvin. l. 3. instit. c. 3. §. 1. 2. 3. 5. Ita Buc. & alii. Sic fidem consistibilem cum peccatis mortalibus, & adeo in sensu compositio, *dari verè fideles fornicarios adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos* dicit Syn. Trid. sess. 6. cap. 15. & canon 28. quod quidem per ipsum principium contradictionis, ostenditur absurdum, sc. *Nullus peccans contra conscientiam* (e. c. homicida) *habet vitam æternam.* Quidam *credens peccat contra conscientiam*. E Quidam *credens non habet vitam æternam.* Conclusio absurda, quia illi axiomati Servatoris: *Omnis qui credit in Filium non perit: sed habet vitam æternam*, & illi Johannis Baptistæ: *Qui credit in Filium habet vitam æternam.* Joh. 3. 16. 18. 36. apertè contradictoria. E. vel major, vel minor. Non major, quæ

expressè

expresè Johannis est 1. Joh. 3. 8 12. 15. c 5. 18. E. minor, quæ erat Papistarum: sed nec minùs est Calvinistarum.

§. 25. Rotundè Beza in Coll. Montbelligartensi, quæsitus à D. Jacobo Andreæ. *An Simon Magus potuerit iterum veram fidem amittere?* respondit; NON: *nam qui semel verâ fide à Deo donantur, eam nunquam ampliùs amittere possunt.* Quæsitus: *Num David adulterium perpetrans cum Bathsebâ Uxore Uriæ, fidem & Spiritum S. amiserit?* respondit: *Nequaquam amisit: sed retinuit.* Et cum replicasset laudatus Theologus Jacobus Andreæ: *Hoc ego neque in Scripturâ Sacrâ, neque ullo Scriptore Ecclesiastico legi*, & opposuisset Bezæ locum ex Ep. ad Rom. c. 8. 13. Beza: *Ego*, inquit, *dico, Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum S. neque eam amisisse*, cumque iterum Jacobus Andreæ objecisset: *Ego nollem totum terrarum orbem accipere, ut talia, tam manifestè impia, meis Auditoribus proponerem*: quod *videlicet perpetrantes peccata contra conscientiam, scortatores & adulteri, si sint electi, retineant in ipso actu peccati, fidem & Spiritum S.* reposuit Beza: *Ego vellem perire, si aliter docerem* vid. Coll. Montbellig. p. 464. 465. Quod ne ex juvenilium & Candidæ suæ recordatione, ipsi excidisse, nec imputandum religioni quis præsumat, prohibent, communes aliorū Dd. & Dordracenorum inprimis assertiones, juxta quos *fides genuina usque adeo ad solos prædestinatos Deique filios pertinet, ut licet hi in gravissima prolabantur peccata, sic ut officii sui immemores obtorpescant, non tamen fidem suam totaliter amittant, nec à fide sanctitate & adoptione excidant* conf. Dordrac. in judic. exterorum part. 1. p. 772. thes. 6. p. 774. Unde & ibidem p. 785. inter heterodoxas refertur hæc thesis 5. *Quoties grave carnis peccatum committitur, toties statum justificationis & adoptionis amitti*, & contra, ponitur velut orthodoxa assertio: *Gravia carnis peccata fidelem non semper à statu justificationis & adoptionis deturbant.* Ita in Judic.

prov. part. 2. p. 351. antith. 4. *Fideles, quamvis in gravissima peccata prolabantur, non tamen finaliter: sed nec* (ad tempus) *totaliter à fide justificante gratiâ & salute excidunt* vid. ibid. p. 367. p. 373. 384. *Verè fideles, etiam in ipsis atrocibus lapsibus, quibus Spiritum S. contristant, conservantur in fide verâ, quippe quæ perpetuam perseverantiam semper comitem habet.* p. 395. Ita p. 427. 428. *Verè fideles s. sancti, dum opera carnis, vel actualia peccata crassiora committunt, tantum abest, ut sive habitum sive actum fidei amittant, ut potiùs actum fidei*, dum talia peccata committunt, *sentiant.* Conf. Witakerus p. 695. 696. & quæ pluscula hujus argumenti attulimus ante annos 23. in Anti-Calvinismo publicato sub titulo *assertionis orthodoxiæ contra Calvin.* sect. 2. art. 3. concl. 5. ejusque ἐξηγήσει. Ita sc. nobis asserentibus: *renatos vel electos in peccata mortalia prolabentes, fidem justificantem amittere*, non Papistæ solùm: sed & Calvinistæ usque adeo, etsi hypothesibus diversi, succenturiati sese opponunt, quin hi plus ultra, *non fidem saltem*: sed & *justificationis & adoptionis statum*, consistibilem cum talibus *peccatis regnantibus* asserunt, quod ausi non sunt pronunciare Papistæ Conf. Syn. Trid. sess. 6. cap. 15. can. 27. 28.

§. 26. Nec aliter in controversiâ *de fide Infantum*, ubi asserentibus nostris, omnes infantes recipientes baptismum, in baptismo (sive per ipsam hujus collationem, sive verbi institutionis & promissionis ex parte Dei applicationem) non saltem ipso actu: sed & actualem fidem justificantem, eandem specie cum fide ceterorum justificandorum concipere & habere, contradicentibus autem imò contradictoriè asserentib? Papistis, Infantes suscepto baptismo inter *fideles* quidem computandos esse, vel, prout Augustinus loquitur l. 1. de pecc. meritis c. 24. *in credentium numerum transire*, actum tamen credendi non habere (conf. Syn. Trid. sess. 7. de Baptismo canon. 13.)

vel

vel (prout Bell. explicat l. 1. de sacr. Bapt. c. 11) *Parvulos quidem* (nec saltim alienâ, e c. *Parentum aut ecclesiæ fide: sed & reipsâ, dum baptizantur*) *actu credere*, & sic verè dici & esse fideles (vid. Bell. propos. 3. 4. 5.) *nec tamen sive actualem fidem sive actum fidei sive ullos novos motus & inclinationes similes actibus fidei & dilectionis habere* (vid. ibid. propos. 1. & 2.) sed nudum & otiosum *habitum* (*infusum* vid. Bell. prop. 4.) & infantes habere *quidem habitualem fidem*, imo, vel ipso Augustino l. 1. de pecc. mer. & rem. allegato, *habere fidem velut medium ad salutem* (Bell. prop. 3. & 4.) sed tamen *nec credere*, *nec credere posse*, (Tanner. coll. Ratisb. sess. 12. p. 252. 254.) unde Tannero & Gretsero Jesuitis dogma de actuali fide infantum appellatur παραδοξον, & *delirium tam anile, ut vix quicquam videatur anilius vel per somnium excogitari potuisse*. vid. hic tom. 1. def. Bell. & Sinnich. Gol. prof. c. 53. ann. 27. Eadem & mens & lingua Calvinianorum, unde licet infantib⁹ aliquando videantur tribuere *fidem*, totum tamen illud explicant, sive de *potentia* remotissimâ, sine actu, sive de habitu vel *actu primo*, *non secundo* (vid. Trelcat. l. 2. inst. de bapt. p. 169. Jun. tom. 1. op. p. 287. 289. ubi & infantes *negativè*, non *positivè* incredulos asserit) sic ut *semen* vel *sementem quidem habeant fidei*: sed non fidei *actum*, *fidem potentialem*: sed non *actualem* (vid. Trelc. l. alleg. & alii) unde *fidem* illam *infantilem* nunc paribus sannis, quibus illi Jesuitæ (quorum aliorumque Papistarum, cùm, in ipsis ludicris distinctionibus & terminis formalibus, tum in argumentis, veræ illi Infantum baptizatorum fidei oppositis, nec minùs in vanis argumentorum orthodoxorum e. c. ex Matth. 18. 6. Marci c. 10. 14. elisionibus, ubique arant vitulâ) excipiunt (conf. Bez. præf. resp. ad acta p. 22. & part. 2. p 97. 99. 100.) & fidem cùm *actu primo*, *tum secundo* simpliciter illis denegant, quomodo Witakerus contra Duræum p. 66. *Quanquam*, inquit, *in infantibus Spiritum S. efficacem esse occulto*

occulte miroque modo nulli dubium esse potest, infantes tamen credere nec Scriptum docet, nec ratio suadet, conf. quoque Beza l. alleg. Qualis ergo hìc daretur Syncretismus & conteſſeratio Calvinianorum & noſtrorum contra Papiſtas?

§. 27. Sed &, ubi videbatur in ipsâ theſi antipapiſticâ conſenſus, non deeſt tamen alicubi diſcretio, in *ſuppoſitione terminorum* poſitivæ, & ubi vel ſic quoque datur conſenſus, non deeſt tamen, id, quo diſcernimur, in *mediis* vel modis *probandi*, & *locis ſcripturarum*, unde probatio petenda, *interpretandi*: non deeſt idem, in *rationibus*, ad adverſariorum, ſive, quas argumentis, & eâ fine adductis Scripturæ locis, opponunt, *exceptiones* vel *inſtantias* ἐλεγχτικῶς reſpondendi, ſive, quæ pro ſuâ antitheſi opponunt, *argumenta confutandi*. Sic contra Papatum infallibilem, & ἀναμαρτησίαν, vel in ſtatuendis & definiendis, quæ ſpectant *credenda* & *agenda* fideli, *infallibilitatem*, quam unà cum *jurisdictione* in omnes totius orbis Epiſcopos, imo fideles, quod & ad forum attinet conſcientiæ, & ad externam eccleſiæ diſciplinam, ſ. poteſtate directâ (prout in *Reſpublicas* & vel ipſa, *Cæſarum ac Regum capita*, indirectâ) ſibi vendicat AntiChriſtus Romæ jam dudum (confeſſoribus ſub ipſo Papatu oculatioribus teſtibus) revelatus, conſenſus quidem inter nos & *Calvinianos* inſignis apparebat. Ceterùm, ut exemplo agamus, ubi ad pugnam, & hìc in ultimâ reſolutione Papiſticâ, ad PETRUM venitur, & pro *Petro*, vel *fide Petri*, (ἵνα μὴ ἐκλίπῃ) ad *preces Chriſti*, (ut Petrus mox lapſurus *converſus confirmaret fratres ſuos*) Luc. 22. 32. ab adverſâ parte provocatur, & jam â nobis reſponſum expectatur, mox in ipſo conflictu disjungimur: Calviniſtis ſc. in theſi noſtris, in hypotheſi de *fide Petri indefectibili*, (etſi ex diverſo principio) derepente Papiſtis & noſtri lateris deſertoribus manifeſtis. Fidem quippe Petri nec defectibilem (vel in ipſo intervallo paſſionis & mortis Chriſti) nec

nec defectum unquam, ex privilegio Petri non *personali*: sed *successorio* Pontificali, qvale hîc publicaverit Servator, probare conantur Papistæ, sic ut Dominus precibus illis pro Petro, duo huic privilegia impetraverit, unum *ut ipse* (velut *Princeps* Apostolorum) *non saltem usque in finem perseveraret: sed & quod ad fidem attinet, non unquam cadere posset, sic ut ex illo casu resurgere opus haberet* (ut sic illud: *Tu conversus*, non referatur ad *pœnitentiam Petri sed tentationes aliorum*, & sensus adeo sit, non: *Tu â peccato abnegationis conversus per pœnitentiam, confirma fratres*: sed Tu, *cujus fides non potest deficere, quando videris aliquos nutantes & vacillantes, ad eos conversus illos confirma*) alterum, *ut ipse tanquam Pontifex non posset unquam docere aliquid contra fidem, sive ut in sede ejus* (Romanâ) *nullus unquam inveniretur, qui doceret contra veram fidem.* Ita ergo pro fide Petri inamissibili & non saltem finaliter: sed continuò, sine intervallo ecliptico, perseverante, pronunciant. Conf. Bell. l. 1. de Rom. Pont. c. 20. l. 4. de R. P. cap. 3. qui idem l. 3. de Eccles. milit. c. 17. allegato illo loco addit: *Quomodo credibile erit, eâdem nocte fidem Petri defeciisse, ita, ut non saltem non in ore: sed nec in corde ejus remaneret?* At eandem fidem Petri non saltem *finaliter*: sed & ad *tempus totaliter* indefectibilem, ex hypothesi de fide renatorum indefectibili defendunt, & illo inprimis exemplo mirificè sese efferunt Calviniani, unde objecto exemplo *Davidis*, in adulterium & homicidium prolapsi, & quæsiti, *num in illo statu David retinuerit fidem & inhabitantem Spiritum S.*? Beza quidem rotundè affirmando respondit (conf. supra §. 25.) Alii autem, Sophisticâ diversione, ab exemplo *Davidis*, ad casum *Petri* opponentem nec opinantem abducunt, qvomodo Wittakerus p. 696. *Nullum*, inquit, *peccatum magis cum fide pugnat, quàm Christum abnegare. Exaggera Davidis adulterium & homicidium quantum libuerit: Petri perjurium &*

blasphema apostasia omnes majores culpæ causas & circumstantias habet. At Petrus non amisit fidem. E. in Davide quoque remansit semen, radix & scintilla fidei. Conf. quoque Act. Dodr. 2. jud. Brit. p. 771.

§. 28. Ita in quæstione *de merito ex congruo reparationis post lapsum*, utut in thesi negativâ videbatur consensus antipapisticus, in ipsâ tamen congressione, mox, qui videri volebant nostri, secessione ad alterum latus factâ, apparituri forent ex æquo nobis hostes ac Papistæ, in communi hypothesi: *Sanctos etiam cum peccant vel labuntur, à Deo non deseri: sed ad pœnitentiam revocari*, quod quidem Papistæ acceptum referunt meritis bonorum operum (quomodo Bellarminus: *Si*, inquit, *potest justus mereri de congruo alteri conversionem, cur non & ipse sibi? Et si potest homo nondum reconciliatus per opera pœnitentiæ impetrare & mereri ex congruo gratiam justificationis, cur non poterit ipse, dum est justus & amicus Dei, impetrare & mereri ex congruo reparationem, si fortè labatur?* Conf. Bell. l. 5. de just. c. 22. l. 1 c. 21.) Calviniſtæ hypothesi memoratæ, *de fide sanctorum totaliter indefectibili*, conf. supra §. 25. Ita in controversiâ de *Christo Mediatore secundùm utramque naturam*, videri poterant, nostra & Reformatorum omnia, in pulcherrimis esse concentricis antipapisticis; at in ipsa ἐξεργασίᾳ, ex negatâ naturarum & naturalium operationum in personâ τοῦ λόγου verâ & reali κοινωνίᾳ, assertaque *gloriâ quadam œconomica, Christo ut Mediatori propriâ*, non tamen illâ *adorationis, fiduciæ & spei, quæ competit Christo, ut Deo*, velut in quâ Christus ut homo, & sic Mediator, nonnisi *objectum considerationis & adjunctum inseparabile sit*, derepentè apparent in Eccentricis Papisticis & Arminianis conf. cens. Leid. ad c. 3. & 16. conf. Rem. p. 52.

§. 29. Sic, utut *in satisfactione* Jesu Christi, videantur nobiscum militare contra Socinianos, in minutiori tamen causæ excussio-

excussione, per *alloeosin Zvvinglianam*, *& positum prædestinationis ante decretum de Mediatore*, mox apparent, in ipso principio, Socinianis συγκεχυμένοις, in commune negantibus illis, verè & realiter *Deum passum*, *mortuum*, ipsumque θεάνθρωπον, vel hujus *satisfactionem* induxisse Deum ad quosdam prædestinandum, & sic satisfactionis Christi in commune ab illis labefactatur & necessitas, & condignitas. Apertè Piscator in vol. thes. Theol. loco 19. de præd. thes. 20. *Deus in prædestinatione nihil prorsus spectavit extra se, atque adeo nec fidem, utrum aliquis crediturus sit Evangelio, nec ne? nec ipsum Christum, quippe quem ipsum, ut agnum pro peccatis nostris expiandis mactandum prædestinavit.* Ita Molinæus Eccl. Par. Pastor & Doctor Theol. Ref. in judicio Synodico Dordraceno per D. Deodatum oblato, in actis part. 1. p. 398. 400. *Christus quatenus est homo & mediator, est caput electorum: sed non causa electionis, cum ipse, quà homo, sit electus. Causa quærenda est in Dei beneplacito & amore gratuito, qui ordine antecedit intercessionem filii. Et Christus, quà homo, non aliâ ratione est prædestinatus, quàm ejus membra.* Ita Calvinus l. 2. Inst. c. 17. *Equidem*, inquit, *fateor, si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet judicio Dei non fore merito locum: quia non reperitur in homine dignitus, quæ possit Deum promereri.*

§. 30. Sic in ipsâ substantiâ, & efficaciâ Sacramentorum, N. T. Syncretismus datur inter *Calvinistas*, *Anabaptistas & Socinianos* luculentus & utcumque nec hi cum illis, nec illi cum his militare videri velint, in ipsâ, tamen arce causæ probè considerata, conjurati apparent, prout in dogmate de *Transsubstantiatione*, utut hanc nobiscum oppugnant, & in thesi, de *Manente post consecrationem substantiâ panis & vini*, nobis consonant, in ipso tamen conflictu, & interpretatione verborum essentialium sacramenti e. c. *Hoc est corpus meum*, *Hoc est sanguis meus*, derepentè conspirant cum *Papistis*, & pro-

ut hi, suppositô ῥητῷ, ex hypothesi negandæ *transsubstantiationis*, nostræ interpretationi (juxta quam illud HOC designat non solum panem, qui videbatur s. visu & gustu percipiebatur; sed sub notione communi & inexplicitâ illud complexum & διδόμενον sacramentale, cujus principale, quod, quatenus sub ratione διδομένου cælestis non incurrebat in oculos, explicatur in prædicato) præferunt Calvinianam Metonymicam, ita illi (ex hypothesi ῥητοῦ & non admittendæ in prædicato Metonymiæ) nostræ expositioni præferunt *transsubstantiativam* illam Papisticam, & sic mutuum muli scabunt.

§. 31. Pro Syncretismo illo, facit primarium argumentum Bellarmini l. 3. de sacr. Evchar. c. 19. *Hæc verba*: Accipite & manducate, hoc est corpus meum Matth. 26. 26. *necessariò inferunt aut veram mutationem panis, ut volunt Catholici, aut mutationem metaphoricam, ut volunt Calvinistæ. nullo autem modo sententiam Lutheranorum admittunt. Nam Dominus panem accepit, panem benedixit, panem dedit, & de pane dixit. Hoc est corpus meum. Vel igitur benedicendo* (1) *panem mutavit in corpus reipsâ verè & propriè, vel* (2) *mutarit impropriè & figuratè, vel nullo modo. Non* (3) *quia nec ullo modo, sine mutatione, una res fieri potest alia, nec affirmativè, disparatum prædicari de disparato* (corpus Christi de pane) & si *non pro eodem: sed diversissimis*, qualia sunt *panis & corpus Domini, supponant subjectum & prædicatum, non possit non falsa esse prædicatio*. E. vel 1. (sic ut de pane mutato dixerit Christus: *Hoc est corpus meum* i. e. *quod sub specie panis continetur, non est amplius panis: sed tantùm corpus meum*) & sic vicerint *Catholici*: vel 2. (ut *panis intelligatur mutatus figuratè*, quique adeo *figuratè sit corpus Domini, & sensus verborum Christi sit*: *Hic panis est figura corporis mei*) & sic vicerint *Sacramentarii*. Non negabunt vim Dilemmatis Bellarminiani, Calvinistæ, pari Paralogismo toties usi, ratisc. & *posito*

ῥητῷ

ῥητῷ resolutionem fore: *Hoc est corpus meum, essentialiter & quidem tantùm*, prout quando dico, *Hoc est panis*, ῥητὸν est: *Hoc, quod ostendo est essentialiter & tantum* (non concurrente aliâ essentiâ) *panis*, & sic propositionem Servatoris fore *ambiguam* inter resolutionem nostram & Papisticam, imo, si *ex solo ῥητῷ argumentandum, Papistarum tantò fore veriorem, quantò sæpiùs & hinc magis propriè τὸ HOC demonstrat rem unam, quàm complexam, & sic consultorem ambiguum*, citiùs abductum iri *in sententiam Pontificiorum*. Neque verò huic Syncretismo excutiendo nunc immorari, sive consilium nobis, sive urgent adeo ex ipsâ necessitate officium, postquam illius Dilemmatis nudum latus jam seculo 14. Scotus, Durandus, seculo 15. Petrus ab Aliaco Cameracensis Episcopus & Cardinalis, Gabriel Biel & longo ordine alii sub Papatu Dd. Scholastici agnoverunt, agnoverunt inquam, veritatem illorum verborum, *Hoc est corpus meum*, salvari posse, *manente substantiâ panis, & non conversâ in corpus Christi*, tũ quod nulla talis *conversionis* mentio antecessit, tum quod in prædicato nulla magis mentio *accidentium*, quàm *substantiæ* panis, & hoc, non obstante, possint intelligi, vel manere *accidentia panis*. E. & *substantia panis*, vel si non hæc, nec illa: nec quicquam converti possit in præexistens, nedum in id quod præexistit in sublimi (prout corpus Christi in hypostaticâ τῷ λόγου) perfectione: sed & in 1. institutione post consecrationem (εὐλογίαν manst substantia panis. Servator enim εὐλογήσας vel εὐχαριστήσας demum fregit, certè non accidentia panis: sed verè panem, qui adeo per consecrationem transsubstantiatus haut fuit conf. 1. Cor. 11. 24. 26. 27.

§. 32. Et constabit illius Dilemmatis periculum, si â propositionibus Sacramentalibus altiùs accommodetur, ad mysticas personales s. hypostaticas e. c. *Verbum caro factum est*, Joh. 1. 14. vel alteram & exemplo propiorem: *Hoc* (*quod ex*

Mariâ nascitur) *est Dei filius* Luc. 1. 35. supponatur jam ex Syncretismo superiore Papistico-Calviniano, illud intelligendum, vel de *mutatione substantiali s. transsubstantiatione*, sive *Verbi in carnem*, sive *carnis* s. humanæ naturæ in *Dei filium* (ita ut resolutio sit: *Verbum essentialiter & tantùm est caro*, *vel*: *Id quod ex Mariâ natum est*, *est essentiâ tantùm Dei filius*) sive tropicè e. c. metonymicè, ut Verbum figuratè saltem dicatur caro, *vel id quod ex Mariâ natum, figura saltem est Dei filii*, & sic figuratè Dei Filius. Subsumant jam Papistæ: Atque non 2. E. 1. & quàm triumphabit Arius, ante illum Manes, post illum Eutyches, & vel magis hoc, ac Severo, Julianus. Subsumant Calviniani: Atq; non 1. E. 2. & quàm triumphabunt Samosatenus Paulus, Cilix Theodorus Mopsuesten⁹, & Constantinopolitanus Nestorius.

§. 33. Quin vel hâc occasione panditur novum Syncretismi nostri cum Calvinianis obstaculum. Constat publicè, ficillos inferre: Si verba illa institutionis: *Hoc est, corpus meum*: *Hoc est sanguis meus* literaliter juxta nativam, propriam & genuinam significationem forent intelligenda, illi interpretationi, quæ exit in συνουσίωσιν (ita nostram, quâ veram ac realem πρεσουσίωσιν *corporis & sanguinis Christi cum pane & vino*, & sic unionem ac συνύπαρξεν, non autem talem συνουσίωσιν s. consubstantiationem, statuimus, traducunt sententiam) præferenda foret altera s. illa quæ infert *transsubstantationem*. Sed non admittenda *transsubstantiatio*. E. nec in verbis illis essentialibus sacramenti, literalis, & nativa significatio: sed abeundum in resolutionem vel suppositionem Tropicam & vel illam prædicati metonymicam. Opponere jam licebat: pari modo posse inferri: *Si in propositionibus illis personalibus* (unionem vel communicationem quoque Idiomatum hypostaticam describentibus) *insistendum τῷ ῥητῷ*, *secuturam inde confusionem s. essentialem naturarum mutationem*. Atque talis crassissimè foret

mè foret *hæretica*: E. abeundum *à literali & nativâ significatione*, & illæ resolvendæ, vel explicandæ fuerint *Tropicè*: Cetera̅m non opus fuerit, hoc absurdum illis objicere, quod, citra præsumtionem absurdi, illi utraque manu admittunt, & ex qvo, cum positivè tum negativè interpretationem verborum sacramenti hujus *tropicam*, non *literalem* & *propriam*, jam olim probare voluerunt.

§. 34. Ita compilatores orthodoxi consensus, verbum EST hîc non ὑπαρκτικῶς: sed τροπικῶς intelligendum probare conati, allatâ propositione illa: VERBUM CARO FACTUM EST: ut, si hæc non sit κατ᾽ ἀ τὸ ῥητὸν intelligenda: sed in illius interpretatione *ad tropum necessariò confugiendum*, non minùs idem in resolutione illius propositionis sacramentalis agnoscatur necessarium. *Atque*, inquit, *si quis illam propositionem: Verbum caro factum est, secundùm literam intelligeret, & ei pertinaciter inhæreret, ille in hæresin incideret, Christi Deitatem negaret, ut quæ mutationem passa & in humana naturam fuerit conversa.* Ita Beza præf. resp. ad Acta: *Si in hâc prædicatione: Dominus gloriæ est crucifixus, prædicatum in propriâ suâ significatione accipiatur, tunc dixi & dico, hanc phrasin sive hunc prædicandi modum esse verbalem, non realem, id est, quod verba propriè sonant, non esse, ad rem ipsam transferendum, quoniam merus inde Eutychianismus consequeretur.* Scilicet, prout ex hypothesi suppositionis propriæ prædicationum illarum personalium, inferendum conclamant ad transsubstantiationem Verbi in carnem: ita ex hypothesi paris suppositionis literalis prædicationum illarum sacramentalium, inferendam præsumunt transsubstantiationem panis in Corpus Christi, & vini in sanguinem Christi: & contrà â negatione λόγου essentialiter mutati, in illo ὁμολογουμένως μεγάλῳ τῆς εὐσεβείας μυστηρίῳ, & panis transsubstantiati in sacramento, ad suppositionem illarum personalium

lium & sacramentalium prædicationum tropicam sc. *Verbum non est essentialiter conversum in carnem: Panis non transsubstantiatus in Corpus Christi.* E. illæ prædicationes: *Verbum caro factum est*; item: *Hoc est corpus meum*, non sunt literaliter intelligendæ, nec propriæ: sed Tropicæ, ubicunque tandem detur sedes tropi: Ut vel sic appareat, quàm per illas resolutiones Calvinianas labefactetur *ipsum incarnationis mysterium*, & quàm, in Zvvinglianorum conceptu, priores fuerint errores *de mysterio unionis personalis*, etsi patefacti demum per & post errores circa *mysterium unionis sacramentalis*, & sic adimpletum, quod â Luthero in majori confess. de Cœnâ Domini prædictum: *Metuo, Diabolum aliud quid quærere: videlicet, cum sciat, Christum quoque in Sacrâ Scripturâ sacramentum* (μυστήριον) *appellari, eum hoc meditari, ut persvadeat figurata, quoque verba esse, cum dicitur:* Christus est Deus & homo. *De hoc blasphemo asserto ut Lector diligentiùs cogitet, ut quis utriusque mysterii Tropus ille sit ex Sacramentariis inquirat, per Jesum Christum oramus, ajunt nostri* in refut. conf. orthodoxi præf. Apolog. p. 18.

§. 35. Et quid juvat apparens quidam nostrorum cum Calvinianis consensus Antipapisticus, in ipso cognoscendi principio, de *Verbi* sc. *divini* Scripturis Canonicis contenti, *autoritate*, si universam illam, quam, ubi adversus Papistas agitur, largiri videbantur, per alias, quas fovent, hypotheses, è medio tollant, vel penitus subvertant. Autoritas Verbi scripti (ejusdemq; sive prædicati sive citra præjudicium affectatum auditi, lective) est (1) *in sensus veri, menti* Spiritus S. revelantis conformati, *ex ipsâ propositione & vi verborum irrefragabili claritate*, qualis conveniebat regulæ credendorum, velut hujus divina affectio. Quid autem clarius, verbis Institutionis: Accipite, edite: HOC EST CORPUS MEUM QUOD PRO VOBIS DATUR; BIBITE *ex calice omnes*; Hoc *enim* EST SAN-

SANGUIS MEUS, sanguis sc. NOVI TESTAMENTI, imo ille *ipse SANGUIS* QUI PRO MULTIS EFFUNDITUR IN REMISSIONEM PECCATORUM Matth. 26. 27. 28 Marc. 14. 22. 23. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 23. 24. Et utut figurata locutio daretur in quibusdam verbis Lucæ & Pauli, tamen tantum abest, ut per illam illa perimatur vel obscuretur claritas, ut potiùs inde magis confirmetur: Si enim poculum Eucharisticum *propter Sanguinem Christi pro nobis effusum*, & hujus adeo respectu dicitur *Novum Testamentum*. E. *præsentissimum* in illo S. Cœnæ usu habet *sanguinem Christi*, qui tam verè & realiter habetur in poculo benedicto, ubi juxta institutionem Christi dispensatur, quàm verè *sanguis Veteris Testamenti* continebatur in *crateribus* & inde per ῥαντισμὸν s. *aspersionem* applicabatur *populo*, nec sine solemnibus verbis federalibus: *Ecce sanguis federis quod pepigit Jehova vobiscum* Exod. 24. 5. 6. 8. Hebr. 9. 19. 20.

§. 36. Atq; juxta Calvinianos sensus ille ex vi verborum, in naturali, genuino proprioq; significatu pronatus non saltē non fuerit clarissimus: sed & manifestè falsus, Capernaiticus; quin juxta illos, illis verbis, ex domesticâ, figuratâ vel Tropicâ potiùs interpretatione consideratis, nihil fuerit obscurius, aliis hunc, aliis alium Tropum, aliis in hâc, aliis in aliâ voce, aliis *in integrâ sententiâ illum* statuentibus; sed non *integræ* illum *sententiæ* esse asserentibus, aliis aliter explicantibus, usque adeo ut jam olim 28. interpretationes Calvinianorum enumeraverit Christ. Pelargus, alii majorem hîc domi, quàm *omnium horologiorum* dissonantiam (conf. Snepf. in *conf. de Euchar.*) agnoverint, sic ut non ex his verbis (velut quæ jam dudum *in pomum eridos* vel ipsum κενόμετρον abierint) sed ex aliis locis e. c. Joh. 6. 51. 54. 63. vel ex axiomate philosophico: *Unum & idem numero corpus, non potest simul esse in pluribus locis*, & de verborum illorum institutionis interpretatione, & de ipso præsentiæ cor-

poris Christi in S. Cœnâ dogmate, sit judicandum. Quid autem juvat, contra querelam obscuritatis Papisticam Scripturam perspicuã non minori nobiscum argumentorum apparatu in actu signato defendere: in actu autem exercito, & ubi ad praxin vel inductionem itur, *Luci* & *Lucernæ*, vel ipsi soli tenebras sufo fundere? Eadem ratio locorum apertissimè pro *Gratiâ* & *voluntate salvandi* & *redemtione* univetsali militantium e. c. Ezech. 18. 23. 32. c. 33. 11. 1. Tim. 2. 4. 6. 2. Pet. 3. 9. sed & supra jam memoratorum, in quibus prædicationes dantur unionis vel communicationis Idiomatum expresivæ *personales* e. c. Joh. 1. 14. 1. Cor. 2. 8. Act. 3. 15. Joh. 6. 51. 1. Joh. 1. 7. Act. 20. 28. quæ omnia & plura alia, in interpretatione vel resolutione Calvinianâ, illi sensui, qui extra præjudicium posito Lectori irrefragabili claritate ex ipsa verborum evidentiâ sese insinuat, disparatâ vel contradictoriâ, non possunt non esse obscura.

§. 37. *Autoritas* verbi divini (s. משפט כתוב Ps. 149. 9.) in illo est quod (2) non admittat *sensus ambiguos*, velut per quos multos, scripturarum consultor certus esse non possit *se devenire mentem Christi* (1. Cor. 2. 10. 12.) & *consilium Dei revelatum* (Act. 20. 27.) Atque juxta Calvinianos, in locis innumeris iisdemque primariis, dandum foret tale ambiguum e. c. in verbis illis S. Cœnæ μεταδοτικοῖς sensus foret ambiguus sc. vel Tropicus vel literalis, proprius. Si Tropicus, totuplex, quotuplex sedes Tropi variatur illis domi. Si propius literalis, vel Lutheranus, vel, quod, ex hypothesi illâ, malunt, Papisticus. Ita Protevangelium Paradisi ad minimum ambiguum foret, juxta Calvinum, non admittentem, ut semen illud mulieris proprè & sensu literali habeatur dictum ὡς ἐφ' ἑνὸς (s. de illo singularissimo σπέρματι γυναικὸς ἐπὶ Χριστοῦ) sed ὡς ἐπὶ πολλῶν s. de semine collectivo, totumq; illud de *odio inter serpentem naturalem & posteros Adami*, conf. Gen. 3. 15. Gal. 3. 10. nec aliter clarissimum

rissimum illud Dei de Adamo lapso & reparato dictum: *Ecce Adam est sicut unus ex nobis!* Gen. 3. 22. quod ita intorsit, ut tam illustre personarum divinarum in יהוה אלהים testimonium, interemtũ Ecclesiæ Catholicæ videri posset, nisi suffusas illas â Calvino nebulas, velut opaca noctis, sol oriens, ipsa sc. claritas fontium, dispelleret. Ita loca Joh. 10. 30. 1. Joh. 5. 7. non de ipsius *essentiæ*: sed solius *consensus* unitate interpretatus est Calvinus, usq; adeo impudenter, ut abusos hoc loco Veteres ad probandum Christum Deo Patri ὁμοούσιον scribere, veritus haut fuerit, & Syncretismum cum Serverianis (quos tamen maximè oppugnasse videri voluit) luculentum ostenderit, unde duo hæresiarchæ *Franciscus David*, & *Georg. Blandrata*, ita loqvuntur in colloquio Albæ Juliæ ante 100. annos habito: Illud: *Ego & Pater unum sumus, non intelligendum, quod sint unum essentiâ: sed saltem consensu & voluntate. Et Auditores relegamus ad unicum Calvinum, qui veteres scriptores palam carpit, quod locum hunc ad unitatem essentiæ detorserint*: sed & ibidem, cum in loco Joh. 10. 30. tum in illo 1. Joh. 5. 7. contra unitatem *essentiæ*, non alio utuntur clypeo, quàm quo fuerunt armati â Calvino, e. c. quod dicatur, *Unum*, non, *Unus*, & quod si v. 7. *unum* intelligendum *de unâ essentiâ*, etiam in v. 8. concedendum, *Spiritum*, *Aquam & sanguinem*, unum esse i. e. *unam essentiam* conf. ibid. act. diei 2. p. 18. Et longè plurima in eodem colloquio dantur interpretamenta, quæ debentur Calvino & Calvinianis, qualia e. c. loci Matth. 28. 20. de præsentiâ, quâ *Christus nobiscum* est, non *secundùm carnem*: sed solo *Spiritu & virtute* p. 41. loci Ps. 45. 7. 8. Hebr. 1. 8. *de datis Christo in tempore respectu regni*, loci Joh. 5. 19. 21. 26. 23. conf. p. 51. Ita locum Hiobi 19. 25. Calvinus cum Socinianis ad minimum, *ambiguum* habuit, vel talem, qui *resurrectionem futuram in die novissimo* evincere non possit, prout & illustria de exinanitione

& exaltatione Christi vaticinia Ps. 8. 6. 7. Ps. 22. 1. 2. & seq. non visa Calvino tanta, quæ mysterium, pro quo & ab Apostolis totiens allegantur, & consensu Antiquitatis Catholico intelliguntur, probarent, nec nisi duriusculè & intempestivè â Davide transferantur âd Christum.

§. 38. Ita locus Joh. 3. 5. juxta Calvinum sic intelligendus: *Nisi quis fuerit renatus per aquam & Spiritum* i. e. *per Spiritum, qui purgando fideles animas vice aquæ fungitur.* Conf. Calv. l. 4. Inst. c. 16. n. 25. Ambigit tamen in Harmoniâ p. 418. *annon Christus hîc loquatur de Baptismo?* Ceterùm, ne vel Papismo vel hujus hypothesi de *opere operato* Sacramentali, quicquam accrescat, vel contra regulam Aug. l. 3. de doct. Christ. c. 5. *signa pro rebus accipiendo, eatur in miserabilem animæ servitutem* (sub quo vanissimo prætextu, Sacramentis nucleum omnem, vel effectum gratiæ salutarem, auferunt, conf. Pelarg. antithes. cont. D. Balduin. p. m. thes. 92. 95. Pareus in Irenico) monet Calvinus: *etiamsi detur Christum hic loqui de Baptismo, non tamen sic urgenda esse verba, ac si Christus salutem in externo signo includat, cum ideo potiùs aquam spiritui adjungat, quia sub illo visibili Symbolo, vitæ novitatem, quam solus Deus, suo spiritu in nobis efficit, testatur atque obsignat.* Nec aliter Sadeel, adductâ Calvini expositione, in medio relinquens, utrum hic locus intelligendus sit *de institutione Baptismi*, sic ut vox *aquæ* propriè sumatur pro *aquâ materiali*, utrum *de solâ efficaciâ interiore Spiritus Sancti?* cujus, pro ambiguo illo excusando, intutum latibulum, in illo, quod, si *expositio non sit articulus fidei: sed ejusmodi tamen, ut nihil contineat, quod analogiæ fidei repugnet, non possit illi jure anathema dici.* Qualis adeo contesseratio cum talibus Dogmatistis expectanda, contra Papistas, de æquivocatione scripturæ *velut literæ ambiguæ, mortuæ, mutæ, nasi cerei, Regulæ Lesbiæ* clamosos, cum quibus illi, si non

si non ubique voce, tamen in ipsâ praxi prodigiosè conspirant?

§. 39. Autoritas verbi divini (in scripturis Canonicis considerati) illa est, quod (3) nullum sive supra se, sive âlatere juxta se, agnoscat sive (*Canonem*) *regulam* vel *principium*, sive *judicem organicum* vel *canonicum*. Quid autem juvat hîc contra Papistas, *traditionem*, *Ecclesiam*, *Pontificem excludere*, & in eodem sive tribunali, sive gradu scripturis collaterali, *rationem*, vel Zvvingliii illum Monitorem, nocturnum spiritum, qui in fanaticos enthusiasmos exit, collocare, & quod videbatur destructum, sub alio nomine regulave, saltim practicè appositâ reædificare, quin vel sic in novos cum Papistis & Socinianis Syncretismos ire? De Socinianis sc. res manifesta, quorum illud principium: Quicquid sacræ literæ & sana (Sociniana sc.) ratio docet, id infallibiliter verum est (conf. Volk. l. de ver. rel. Ostorod. Instit. p. 30. Catech. Racov.) Nec minùs de Papistis, unde Sinnichius in Gol. profligat. *contra Lutheranos, velut negantes principia, non esse disputandum*, probat inde, quod ex 10. Theologicæ disputationis principiis, quæ ex Cano Canariensi Archiepiscopo recenset, & inter quæ octavum est *ratio naturalis*, non admittant, nisi Unicum fidei principium sc. autoritatem Scripturæ Canonicæ conf. Sin. c. 42. n. 135. 136. 137. Greg. de Val. T. 3. in Thom. disp. 1. quæst. 1. ubi inter 6. Judices Christianæ religionis, sexto loco *ponit judicium humanæ rationis*. Nec aliter hîc Calvinianos agere: sed ipsi *pro* & educto inde liquidatoque credendo, per commentum contradictorii rationis judicii, & axiomata philosophica, (in ipsa sede domove natali malè & contra sensum, quem secum ferunt, explicata, pejus vel pessimè potiùs, inde sacrario illata, & fractis quibus in suâ disciplinâ restringebantur, repagulis, ingenti multiplicatoque Paralogismo, mysteriis & veritatibus

ſupernaturalibus applicata) præjudicare, nec ex ullo magis Principio, quàm ex abuſu rationis & illo problemate: *Abſurda rationis credenda non eſſe*, illos hîc exorbitare, partim verbis, partim publicâ praxi loquuntur ipſi.

§. 40. Unde enim (1) quod non obſtantibus clariſſimis locis de majeſtate divinâ Chriſto ut homini vel ipſi humanæ Chriſti naturæ verè communicatâ, ſic ut *ipſe ſanguis JESU* velut proprius Dei ſanguis, virtutem habeat *mundandi*, & reverà quoq; *mundet â peccatis*, *ipſa caro Chriſti* vivificaſit, ſ. talis *quæ det vitam mundo* (Act. 20. 28. 1. Joh. 1. 7. Joh. 6. 51. 54.) quodq; *OMNIA ſint ſubjecta PEDIBUS Filii hominis* infra *Angelos quidem minorati*: ſed *gloriâ & honore coronati*, & ſecundùm illam naturam, ſecundum quam & exinanitus, & *gloriâ ac honore*, in tempore eſt *coronatus*, *conſtitutis ſuper OMNIA opera manus DEI*, (imò ſuper ipſa bruta *terreſtria*, *volatilia aerea*, *aquatilia* Pſ. 8. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Hebr. 2. 7. 8. 9. ne quid hîc excipiatur in regno non *gratiæ* ſaltim & *gloriæ*: ſed & *potentiæ*) nihilominùs, cùm per alloeoſin Zvvinglianam elidant illorum, quæ *realiſſimam naturarum & idiomatum communionem* inſinuant, locorum interpretationem, tum illam inprimis, quæ ad ὑπερύψωσιν vel βελτίωσιν pertinet, *majeſtatis communicationem*, quam ut *falſiſſimam*, *impiam*, *blaſphemam*, imò, ut *portentoſum*, *Marcioniticum & Eutychianum monſtrum* deteſtentur? conf. Beza reſp. ad Acta p. 80. 122. Hoſp. Conc. diſcorſ. p. 11. 17. 18. Sadeel. p. 268. Non aliunde ſanè, quàm ex illis e c. Τὸ ἴδιον ἀκοινώνητον ſ. *Proprium eſt incommunicabile*, *Finitum non eſt capax infiniti*. Quicquid *prædicatur*, *hoc vel prædicatur eſſentialiter*, *vel accidentaliter & ſubjectivè*. conf. Beza reſp. ad Acta p. 85. At Philoſophus quidem agnoſcit ἴδιον & quidem κυρίως ἴδιον, prout appellat *Porphyrius*, vel ἁπλῶς & καθ' αὐτὸ ἴδιον ſ. *ſimpliciter & per ſe proprium*, *prout* appellat *Ariſtoteles*, cui illud eſt proprium prædicabile quarti modi

modi, idemque *propriè proprium*, esse ἀχώριστον s. *inseparabile* (licet, quia in definitione non exprimitur, in tantum definiens quoque separet proprium â subjecto, e. c. τὸ γελαστικὸν ab homine, abstractione etsi non positivâ, tamen privativâ conf. Jul. Pacius in Isag. Porphyr. ad c. 6.) & sic incommunicabile, ut illius, cui communicatur, fiat proprium, vel illi competat actu 1. naturaliter, formaliter, subjectivè, habitualiter. Agnoscit, illo, quo â Philosopho in Acroam. dictum erat sensu: *Finitum non esse capax infiniti*, corpus sc. compositum finitū nō constare ex causis essendi internis, infinitis, & adeo nec Elementa esse infinita. Quin (quicquid sit de ampliatione Paronymorū, & ad Paronymas, vel illas *præter naturam*, & *per accidens*, quas vocant, reductione personalium prædicationum mysticarum Scholasticâ) agnoverit, quicquid propriè naturaliter & sic Logicè prædicatur, illud prædicari sive Univocè sive Paronymicè, sive essentialiter, sive accidentaliter: negaverit tamen consequentiam: Quicquid prædicatur accidentaliter, illud illi de quo prædicatur, inest subjectivè, inhæsivè, & hoc modo prædicatur accidentaliter.

§. 41. Quid autem inde superiori mysterio sive præjudicii sive periculi? Quod sanè, prout illa rationis philosophicæ, non perimit, quin potiùs contra Severos & Julianos, in sublimiori hoc exemplo, admittit: ita ratio, nullo laborans Philosophastri præjudicio, illud, quod ipsa naturaliter & sibi relicta, nec capere potest nec capit, judicio decisivo supernaturalis revelationis transcribit, &, simul illuminatur ἀνωθεν, seipsam illi reverenter submittit, nullam, nisi domestico, quod monosyllabum principium, νοῦς, dirigit, judicio se imparem in orchestrâ sistere, & sub simulacro rationis, cum ipsâ ratione velit insanire, contradictionem in illis veritatibus naturali & supernaturali agnitura, & vel ex illis quæ in verâ contradictione neglexerit, ex Elenchis Sophisticis Aristotelis l. 1. c. 5. §. 4.

c. 5 §. 4. redarguenda. Tollatur præjudicium organicum & deliquium logicum, ac omnia benè habebunt: sed & ratio illuminata & de mysterio informata, quærere ex illis Sophistis potest: Quomodo Deo s. Christo *secundùm naturam divinam in tempore* aliquid *dari*, & sic hæc *exaltari*, salvâ immutabilitate, potuerit? A quâ naturâ exaltari *natura Christi divina* potuerit? Quomodo exaltatus fuerit *secundùm utramq; naturam*: & tamen non *secundùm divinam essentiam*? Quomodo natura Christi divina *exinaniri*, & tamen, non verè & realiter in 1. gen. com. Id. Deus exinanitus, passus, mortuus possit dici?

§. 42. Ita (2) πρῶτον ψεῦδος Calvinismi ferè universi, est illud principium rationis morale s. practicum sc. In Consiliis agendum ordine intentionis practicæ, sic, ut *primò certus finis præfigatur*, *deinde de mediis ad illum finem ducentibus cogitetur*, nec alio quàm illo analytico ordine ipsum Deum agere. Supponunt adeo, quod falsum sc. dari similitudinem & æqualitatem inter ordinem finis & mediorum ab homine excogitatorum & ordinem consiliorum divinorum, atque adeo parem ordinem intentionis practicæ adscribendum Deo in *consiliis divinis*, qui obtinet in *consiliis* & vel ipsis *opificiis humanis* sc. Qualis datur ordo in Consiliis humanis, talem etiam dari in divinis. Atque ibi talis ordo, ut primò certus finis constituatur, illo constituto, vel supposito potius (βουλευόμεθα γὰρ οὐ περὶ τῶν τελῶν· ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη, ait Philosophorum princeps l. 3. Eth. Nic. c. 3.) de mediis deliberetur, inde re probè deliberatâ, quicquid id est medii excogitati & approbati, pro obtinendo fine, excutioni detur. Posito illo axiomate concludunt: Deũ primò omnium finem ultimum sibi proponere, inde media omnia ad eum finem ducentia ordinare, idq; decreto absoluto, sic ut inde inferre liceat. *Hoc vel illud fit.* E. *Deus hoc voluit*, & contra: *Hoc vel illud Deus vult.* E. *id necessariò fit*,

riò fit, quia Deus suo fine excidere non potest. Inde jam inducitur necessitas quædam absoluta, & hæc non tam consequentiæ, quàm consequentis, & omnia subjiciuntur decretis absolutè ipsas causas secundas omnesq; earum motus & operationes, sive physicè sive moraliter prædeterminantibus, sic ut quicquid humana voluntas vult agere & efficere, vel agit quoque & efficit, id, illam & velle agere, & agere, divina voluntas efficaciter decreverit, idemque adeo ex decreto tali, scientiâ liberâ s. visionis, quam vocant, præviderit, *unde decreta Dei conditionata* s. sub hypothesi futurorum prævisorum antecedenter ad decreta, velut per quæ, juxta illos frustranea fuerint decreta, eademque cum Dei sapientiâ (prout ipsi loquuntur) è diametro pugnantia, non alio magis argumento rejiciunt, quàm quod talia forent contra *regulas prudentiæ* s. prudentis consilii, & Deo *inconsiderantiam* inductura talem, *qualis ne in prudentem quidem hominem caderet*, cum nemo *prudens princeps* in imprudens tale consilium s. decretum iturus sit, e. c. aulicũ, *jam senem, linguarum & prudentiæ expertem, ad dignitatem Cancellarii evehere sub hâc conditione, si eximiam quandam facundiam, prudentiam politicam & juris scientiam sibi sit comparaturus*, nec quisquam alius, *sub conditione seriò decreturus sit, hoc vel illud facere*, quod *ex defectu vel neglectu conditionis se nunquam*, imo *contrarium potiùs ejus facere, secum statuit, & facturum præscit*, quia *conditionem nunquam impletum iri, vel certo respectu impleri non posse, certò prænoscit* conf. Wendel. l. 1. Theol. Chr. c. 1. p. 71.

§. 43. Et sanè commendatus consiliorum humanorum ordo, cùm in deliberatione privatâ, tum in publicâ, (ubi τὸ βουλεύειν datur e. c. τῆς κυβερνητικῆς) rationis practicæ ordini, qualem descripsit Aristoteles l. 3. Eth. c. 3. sic satis accuratè conformatur. *Constituta* (verba sunt philosophi) *certâ fine considerantur, quomodo & per quæ finis illa obtineatur? quod si illa per plura*

 obtinere

obtinere posse videbitur, considerandum, per quodnam medium facillimè & optimè obtineatur (διατίνος ῥᾶστα καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι) *quod si per unum, deliberandum, quomodo per illud unum perfectè obtineatur, & de illo uno consultandum, quomodo illud obtineatur quod sicut primum fuit in generatione, ita ultimum est in resolutione* (τὸ ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει πρῶτον ἔστι τῇ γενέσει.) Et juxta illos quidem, Deus constituerit, prædestinatione ad vitam & mortem æternam, *declarare gloriosam suam cùm misericordiam, tum justitiam*, idemque facillimè & optimè obtenturus, jam modos & media absolutè constituerit, cùm communia, sc. *creationem* & *ordinationem lapsus*, tum discreta & peculiaria, sc. â parte absolutè electorum & præparatorum vasorum misericordiæ, *Christum Mediatorem, vocationem efficacem ad Christum, fidem, fidei effecta*, â parte autem conditorum, vel â Deo εἰς ἀπώλειαν κατηρτισμένων, vasorum iræ, *derelictionem justam in corruptione, sine dato Mediatore, indurationem, & hujus effecta*, & sic per finem intermedium, sc. gratuitam quorundam salvationem, aliorum & plurimorum damnationem obtinuerit finem ultimum, glorificationem sui nominis (sc. ex parte salvandorum, ut *Dei summè misericordis*, ex parte *damnandorum, ut* DEI *summè justi*,) atque ita, qvod erat ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει, fit πρῶτον ἐν τῇ γενέσει, & grande illud arcanum totumque prædestinationis divinæ mysterium, unà cum ipso Deo, rationis subjicitur regulis, & methodo Aristotelicæ contra ipsam Principis Philosophi mentem, qui non ordinem consiliorum divinorum, nec DEO: sed humanorum scribebat, & hominibus, qvi ex *agnitione* vel *sensu infirmitatis*, velut *ægroti medici* seipsos curare, vel, affectibus sæpè occupati, *quid verum & rectum judicare* non possunt, & inde sunt ἀπιστοῦντες ἑαυτοῖς, ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι, *seu sibi ipsis diffidentes, velut in causis arduis vel magnis sibi ipsis non sufficientes*, ac ptopterea συμβούλοις s. *consiliariis* indigentes: sed & περὶ τῶν ἀϊδίων οὐ βουλευόμενοι, & non

saltem

saltem de fine vel *assequendi hunc potentiâ:* sed & de *mediis* ad *illum finem* facturis *dubii*, & propterea *solicitè consultantes* πρὸς τίνῳ sive ῥᾴῳ sive κάλλιῳ ille obtineatur, s. *quæ media illi fini obtinendo sint convenientissima, facillima, optima?* qvæ, quàm Deo *omnia operanti*, κ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, sint indigna, & quàm ab ordine adeò consiliorum humanorum ad divinum, velut in quem non cadit illius ordinis causa, non valeat consequentia, loquuntur apertissimè.

§. 44. Et tamen ex illâ, non abs nobis, illis affingitur; sed ab ipsis ex decretorum absolutè universaliter prædeterminantium, & ordinis consiliorum hypothesi, in Scholâ Calviniana labefactatur 1. Dei *sanctitas* & *immutabilitas*, dum ex illâ hypothesi, & totidem verbis, quorum autores facilè agnoscent, infertur, & domi docetur, omnia etiam mala culpæ esse *â Deo ad peccatum inclinante, flectente, determinante, homine velut instrumento ad exequenda æterna decreta utente, ad flagitia sanctè impellente, malum* h. e. *peccatum decernente, non solùm ad mortem: sed & ad media ducentia ad mortem prædestinante, imo reprobos ad causas damnationis, ut* sc. *impiè vivant, & sint vasa plena fecibus peccatorum, creante, ex illâ ordinatione hominibus peccandi necessitatem, quam evadere nequeant, injiciente, lapsum primi hominis, s. ut hic laberetur & vitiosus fieret ordinante, vel simpliciter, & necessitate consequentis, ut* sc. *quidam damnari possent, decernente, incredulitatem privativam in reprobis efficiente* (sic ut *incredulitas â Deo* prædestinante *pendeat*, tanquam *effectus â causâ*,) *ad peccatum, quà peccatum, præordinante*, conf. Calvin. l. 3. instit. c. 23. sect. 4. 6. 7. 8. 9. l. 1. Inst. toto c. 18. Chamier panstr. ep. l. 2. *de prov.* c. 5. n. 5. 6. Pisc. disp. Theol. loco 6. *de prov.* th. 44. 72. 96. 104. 108. Idem disp. *de prædest.* & contra Taufrer. p. 47. 51. cont. *Apol. Bertii* p. 143. 144. contra dupl. Vorstii part. 1. p. 10. 11. 25. Beza cont. Castell. *art. de nat. veri & falsi Dei*, p. 417. Mar-

tyr. *com. in Jud.* 3.9. p. 45. Zanch. *de nat. Dei* l. 5. thes. 4. de reprob. p. 555. (al. ed. 572.) Igitur licet ab imputatione dogmatis blasphemi, *de Deo* sc. Calvini vel Calviniſtarum (qvâ diſtinctione Pareus in coll. Svalbacenſi collat. 2. contra Becanum & Serarium Jeſuitas, ultra qvàm fas erat, ſeſe extuliſſe videri poterat, poſtqvam non alia hîc Calvini, qvàm Calviniſtarum cauſa, & magnâ parte lingua) *autore vel causâ peccati* & annuli cohærentiæ cum veteribus ſive ex ſeculo 5. *Priſcillianiſtis*, ſive ex 3. *Manichæis*, ex 2. *Florinianis*, ſive ex 1. *Simonianis*, potiùs poſt tantas, Calvini, Bezæ, & Piſcatoris, (imprimis in Loc. 7. de pecc. inde â theſ. 125. adusque theſ. 141.) Wendelini (in Theol. Chriſt. l. 1. c. 6. p. 179. omnibus, *qui iſtud blaſphemum dogma profitentur*, anathema dicentis) liquidationes & proteſtationes abſtinendum potiùs omnino videri poſſet, cum tamen poſitis illis, non poſſit non illud quoque blaſphemum dogma, nec ſaltem per modum conſectarii; ſed & paradoxi formaliter & materialiter paralleli, ac convertibilis cum illis ſententiis, poni, ſanè ex illâ hypotheſi poſterius inficiari, non aliud fuerit, quàm conceſſis præmiſſis concluſionem negare, vel *idem de eodem affirmando ſimul & negando verum dicere*, ſ. dicere idem quod eſt nō eſſe, ſic ut idem dicat verum, & non dicat verum, quod velut repugnans metaphyſicè, eſt impoſſibile. Sed & confeſſus ipſe Beza, *incomprehenſibile eſſe, quomodo Deus poſſit eſſe extra culpam, & homo culpæ obnoxius, ſi homo, Dei ordinatione & neceſſariò eſt lapſus*, quod poſterius tamen usque adeo Beza & Calvinus admiſere, ut contra autoritatem nil excipere, nec ſolidè quicquam, reponere ad argumentum Arminii potuerit Junius tale sc. *Qui ordinavit, ut homo laberetur, & vitioſus fieret, autor eſt lapſus & peccati: Deus ordinavit, ut homo laberetur & vitioſus fieret. E. Deus eſt autor peccati.* Quicquid enim ὁμωνύμου in vocabulo *ordinandi* objecturus, & quâ ſuppoſitione datâ, majorem daturus

turus, minorem autē negaturus Junius erat, illud Armini? jam occupaverat, & in tali ſuppoſitione ex ſententiâ Calvini & Bezæ, ſtatui, *Deum ordinaviſſe ut homo laberetur*, probaverat, conf. coll. Arm. cum F. Jun. p. 74. & ſeq. Scilicet ita circulo circumitur, â myſterio, ad rationem, ab hâc ad myſterium, ut ex hoc doceatur, *peccatum* quidem quà *peccatum*, eſſe *â Deo*, ut causâ, & tamen *Deum non eſſe cauſam peccati*: Et quid ambagibus opus poſt luculentam confeſſionem Martyris Loc. com. p. 828. d. 199. *Deus quoquomodo eorum, quæ mala fiunt, cauſa dici poteſt, Viri docti, Deum eſſe cauſam peccati, concedunt.* Conf. Confeſſiones Calvinianorum plures in Syllabo *Contra Rem.* ſent. in Act. Remonſtr. *dogmaticis* p. 41. & ad art. 3. & 4. Syllab. teſt. â p. 48. ad usque pag. 52. Quod ſi jam addatur axioma Matth. Martin. Brem. *Qui eſt autor peccati is non eſt immutabilis*, Deus eſt Autor peccati. E. & inferatur porrò, prout â Catholicis, ex confeſſore Ario, in Nicæno, ac bis inde id inferetur, quod in Svalbacenſi â Becano. Viderint adeo ipſi, cui, & annon ſibi ipſi ſuisque anathema hîc Wendelinus dixerit?

§. 45. Suppoſito illo ordine & rationario labefactatur (2) univerſalis illa & in ſacris literis decantatiſſima DEI *gratia*, *miſericordia*, & Φιλανθρωπία, contradictorium infertur Chriſto teſtato, DEUM *dilexiſſe totum mundum, miſiſſe Filium in mundum, non ut condemnaret mundum*: ſed ut *mundus ſalvaretur per illum* Joh. 3. 16. Paulo teſtato, *Deum* prout OMNES *& ſingulos concluſit ſub peccatum*; ita & OMNIUM & *ſingulorum miſereri* Rom. 11. 32. DEUM utrumq; ſeriò velle ſc. & OMNES *ſalvari*, & OMNES *ad agnitionem veritatis pervenire*. 1. Tim. 2. 4 Petro clamanti: *Deus non vult ullos perire: ſed* OMNES *ad pœnitentiam reverti*, & adeò non ſolùm vult in ſenſu compoſito, *pœnitentes* non perire: ſed & impœnitentes, improbos, malos vult *pœnitentes fieri* ſ. ad *pœnitentiam reverti*, & ſic *ſalvari*. 2. Pet. 3. 9. Quin ſic per illos, ratio cum revelatione in-

ne, infestis signis committitur. *Idem* quippe *de eodem simul verè affirmari & negari, impossibile est.* Aliàs enim, nec Deus hominibus, verbis aliquid significare, nec homo Deum per scripturas loquentem, & illud *consilium salutare* Dei, â Prophetis, Christo, Apostolis, tantâ cum protestatione inexcusabilitatis Auditorum annunciatum (1. Pet. 1. 10. 11. 12. Joh. 15. 22. 24. Act. 20. 27.) revelantem posset intelligere. Quomodo enim intelligetur si dicatur: *Deum* voluisse quidem & *velle, omnes homines salvari*: ceterùm *nec velle, nec unquam voluisse omnes salvari*: Deum quidem non velle ullum perire, cæterùm nunquam non voluisse, & velle quosdam (imo longè plurimos) perire?

§. 46. Labefactatur exhypothesi ordinis illius & rationarii decretorum (3) *Universalis*, quam per *sanguinem Jesu Christi habemus*, (Eph. 1. 7.) *redemtio*, pro quâ conferantur loca 1. Tim. 2. 5. 6. Joh. 2. 2. Hebr. 2. 9. Luc. 19. 10. Labefactatur 4. *Universalis* eademque seria hominum, ipsorum etiam consequenter reproborum vel damnandorum, *per prædicationem pœnitentiæ & remissionis peccatorum vocatio*, de quâ clarissima testantur loca Luc. 24. 47. Colos. 1. 28. ubi & triplicationē *prædicati* s. actus vocabuli, & ejusdem *objecti specifice*, ter sub uno eodemque formali memorati, sc. triplicatum illud, πάντα ἄνθρωπον, observare, & invictum inde argumentum formare licet. conf. Marc. 16. 15. 16. Luc. 14 18. & seq. Act. 17. 30. conf. quoque Is. 5. 3. 4. c. 65. 2. Matth. 23. 37. Act. 7. 51.

§. 47. Labefactatur (5) & contumelia afficitur *Spiritus gratiæ*, & illa ipsa, unde denominatur *Veritatis Spiritus*, de JEsu testatus (Hebr. 10. 29. Joh. 15. 26. 27. c. 16. 14. Apoc. 19. 10.) cœlestis *Veritas*, quâ teste, *Venit filius hominis servare, quod perierat* (Matt. 18. 11.) cujus adeo *voluntas non est, ut vel unus pereat* (c. 18. 14.) qui proinde intentione salvandi seria vocaverit, & *congregare* voluerit, etiam illos *qui congregari noluerunt*, & Spiritui S. morosè

rosè, vel *contradicendo & blasphemando* quoque *resisterunt* com. Matth. 23. 37. 38. Ps. 68. 19. Act. 7. 51. c. 13. 45. 46. Quin inde 6. *ordo decretorum divinorum* de reparatione hominis ab æterno formatorum, invertitur, reprobatio absoluta, seu non facta secundùm præscientiam finalis incredulitatis: sed ex absolutâ εὐδοκίᾳ (quoniam sc. ita libuit, nec sine abusu locorum scripturæ Matth. 11. 25. Rom. 9. 11.) inducitur, justitiæ divinæ præjudicatur, *prædestinationis* (qvæ nulla ad mortem: sed ad vitam æternam est) mysterium labefactatur, & qvicqvid inde profluere poterat solidæ consolationis & veri stereomatis, ê medio tollitur. Cum enim, juxta scripturam, decretum mittendi Redemtorem, in signo rationis divinæ antecesserit *prædestinationem*, vel ipsam quoque εὐδοκίαν, πρόθεσιν, & decretum *prædestinationis*, de salvando omnes & solos in Christum Redemtorem perseveranter vel finaliter credituros, juxta illos, & hypothesin superiorem, missio & incarnatio Redemtoris fuerit nonnisi, objectivè particularis, effectus adæquatus & executivus illius prædestinationis, unde jam, dum ante decretum de Christo ponitur *prædestinatio ad* ἡσθεσίαν & *vitam æternam*, & ipse Christus Mediator, antecedenter respectu ipsius decreti & actus prædestinationis excluditur, essentialis & vindicatrix, Dei justitia & ipsa satisfactio Jesu Christi ut necessaria, non solùm objectivè, contrahitur vel limitatur: sed & penitus labefactatur vel abnegatur. Confessores hîc, turbati domi, decretorum divinorum ordinis, agnoscentes redemtionis decretum, electioni, vel hujus decreto anteponendum, jam supra nominavimus art. de *prædest.* prout de altero confessores & olim in Londinensi Britannicâ sc. anno 1562. 1571. 1604. & confessio Præsidis Dordraceni: *Doctrinam de reprobatione esse odiosam.* habetur in Actis Dordr. part. 1. Act. sess. 32. & resp. Remonstr. sess. 34. circa finem articuli 9.

§. 48.

§. 48. Sed & ex eodem Paralogismo ordinis, processus consiliorū humanorū (contra & naturæ divinæ eminentiam & locorū scripturæ evidentiam conf. Is. 28. 29. c. 29. 16. c. 55. 8. 9. Job. 26. 14. c. 37. 22. c. 39. 37. c. 42. 3. Rom. 11. 33 34. 35.) accommodati, τῷ ἐν ὑψίστοις, & inde fabricatorum decretorum inevitabiliter prædeterminantium (7) *homini* etiam *integro*, (qualis Adamus ante lapsum) libertas (cùm contrarietatis, tum contradictionis) *adimitur*, *gratia irresistibilis*, electorum absolutè propria, & electionis executiva (in quâ omnes, etiam, qui propiores se per simulacrum aliqvod ostenderunt Irenicum, quales *Bremenses*, *Salmurienses* & alii, conveniunt, conf. Act Contrarem. Dordr. in jud. Palat. ad art. 3. & 4. part. 1. p. 690 & Rivetus in Synopsi doctrinæ de nat. & grat. cap. 1. num. 2. ubi Salmurienses & alios, non aliâ lege, ad *consensum fundamentalem* admittit, quàm si agnoscant, *fidem & perseverantiam absolutè ex electione dari electis*, *& invincibili efficaciâ*: cujus consequens, vel ipsius Riveti judicio, inter nos, qvi illi legi nunquam subscripturi sumus, & Reformatos illos, *consensum in fundamento* non dari, & frustra illum expectari) sed & *gratia indefectibilis* (per quā, Renatus, nec in sensu diviso, qui sc. hodie fidelis est, cras fidem amittere possit, nec in sensu composito, non solùm non terminativè & finaliter: sed & ad tempus totaliter â fide & gratiâ Dei, respectu actus primi fiduciales & gratiosi deficere, contrà expressa scripturæ loca Act. 7. 51. Matth. 23. 37. Ezech. 18. 25. 26. Hebr. 6. 4. c. 10. 26. & seq.) introducitur. Inde porrò (8) divinarum *præceptionum*, *prohibitionum*, *promissionum*, *comminationum*, *adhortationum*, *dehortationum*, *obedientiæ*, *& inobedientiæ vis*, *& cum illis præmium & pœna* tollitur, universaq; sic religio Christiana subvertitur. Si enim Deus absolutè, & eventus omnes & media ad illos ducentia prædeterminavit, sic, ut in actionibus malis æquè ac bonis, inevitabili necessitate,

qvic-

qvicquid fit, fiat, nec sive aliter, sive plus vel minus, sive bonî sive mali fieri possit, cui fini Deus e. c. *primo homini* Legem Paradisi & illud interdictum pœnale Gen. 3. 17. publicavit? Cui bono, *Pharaoni*, totiens, tanto apparatu, per Mosem & Ahronem *missionem Israelis* imperavit? Qvomodo Jeremias, Zidkiæ *spontaneam deditionem* & *egressum ad Babylonium*, patheticè adeo, autoritate divina svadere, & præmissâ prædictione eventuum hypotheticorum sic compellare potuit: *Si egredieris, vives tu & familia tua, & civitas hæc non comburetur igne. Si autem renues exire, tradetur civitas hæc Chaldæis, & comburetur igne, tu autem prehensus venies in manum Regis Babyloniæ. Ausculta quæso voci Jehova, ut benè sit tibi & vivet anima tua.* Jer. 38. 17. 18. Si Deus irresistibiliter prædeterminavit *Adamũ ut comederet, & sic morti obnoxius fieret, Pharaonem*, ut in consilio Israelē non dimittendi, Zedekiā in proposito sponte se nō dedendi, perseveraret & sic uterq; periret? Cui bono, dierum vitæ, sive prolongationem sive abbreviaturam, nunc ex gratiâ promitti, piis Ps. 91. 16. Gen. 15. 15. 1. Reg. 14. 12. 13. 2. Reg. 22. 20. Jes. 57. 1. nunc utramque ex justitia denunciari impiis Psalm. 55. 24. 1. Sam. 2. 32. 2. Reg. 7. 2. 17. 19. Jer. 28. 16. si omnes termini vitæ absolutè fatales? Quis usus precum, si Deus bona irresistibiliter prædeterminavit, aliis danda, aliis absolutè non danda? Quis locus obedientiæ, vel inobedientiæ, si alter ad hanc, alter ad illam absolutè est prædeterminatus? sed & hâc ratione, spes, timor, totumque pietatis studium ê medio tollitur.

§. 49. Constabit satis, quid ex illo *rationis* practicæ paralogismo, velut fonte corrupto, in universam religionem Christianam derivetur amarissimarum & maledictarum aquarum! Constabit idem (3) ex alio axiomate philosophico sine limitatione, quã ab ipsâ naturâ, in suâ sede disciplinari, obtinet, mysteriis illato, per quod labefactatur omnipotentia Dei

Unde enim tanto conatu oppugnatur (quod Ubiquitatis titulo traducitur) dogma *de omnipræsentiâ Christi*, etiam *ut hominis*? vel cum hoc â Calvinianis prætendatur potiùs, ipsum autem dogma *de præsentiâ reali ipsius substantiæ corporis & sanguinis Christi in cœnâ*, reverà intendatur, post confessorem jam olim Zvvinglium, si Lutherus probare posset, *corpus Christi simul esse in duobus locis, se facilè concessurum, posse esse, vel esse in omnibus*, Unde illa præsentia, unio, manducatio item & bibitio realis, & organicè oralis, *ipsius corporis Christi sub pane benedicto, sanguinis* autem *in, cum vel sub vino*, pertinaci adeo animositate oppugnatur? An fortè ex ipsis verbis institutionis & illis διδομένου sacramentalis μεταδοτικοῖς? EDITE, HOC EST CORPUS MEUM. BIBITE, HOC EST SANGUIS MEUS? At ipsi agnoscunt ῥητὸν pro præsentiâ & manducatione verâ & reali ipsius corporis, & vel pro ipsâ *transsubstantiatione* militare. (Vid. supra) An ex analogiâ aliorum articulorum fidei e.c. *Ascensionis in cœlum, sessionis ad dextram Patris*? Atque hoc ipsi aliquando negant. Et si affirmarent, unde illa repugnantia? Ex pravâ sanè vel erronea illorum articulorum interpretatione, quæ æquè in unum & idem resolvitur principium, in quod error ille circa sacramentum: sc. in illud axioma Philosophicum, quod cum in ipsâ suâ sede non loquatur, nisi de *corpore merè naturali & actu naturali*, naturalem & propriam subsistentiam habente, plus ultra malè applicatur illi corpori, quod subsistit in immensâ personâ Dei filii, in *quo habitat tota plenitudo Deitatis*, quod evectum est *ad Dextram Dei & in throno majestatis collocatum*, quod sc. hoc non magis, quàm quodcunq; cùm ratione existentiæ tum subsistentiæ finitum & merè naturale corpus simul esse possit in pluribus locis, nec adeo in omnibus, ubi S. Cœna celebratur. Et id clarissimè loquuntur, dum apertè aliquando confitentur, nostram de Eucharistiâ & in illâ *corporis &*

vis & sanguinis Christi præsentiâ doctrinam, nequaquam destruere fundamentum, & *substantiam ullius fidei articuli*: sed saltē illud axioma Philosophicum: *Unum corpus non posse simul esse in pluribus locis* (Ita Perkins. in Catechism. & Palatinus in scripto: Treuhertzige Vermahnung) quod prout Zvvinglii olim fuit: ita nunc Calvinianorum πρῶτον ψεῦδος est, ut tamen, Zvvinglio æquè absurdum visum fuerit, *corpus Christi simul esse in duobus vel tribus locis, ac esse in omnibus locis*, cum juxta illum & ejus successores, *Deo cum suâ Omnipotentiâ impossibile sit, efficere, ut idem numero corpus simul & semel in pluribus, quàm uno, sit locis*, & adeo caro Christi *verè finita, circumscripta & organica in cœlis permanens, tanto â nobis, qui in terris sumus, intervallo separata, quanto terra ab illis supra cœlos omnes sitis beatorum sedibus*, non possit ipsâ substantiâ esse in terrâ, ipsaque sic eucharistiâ: sed saltim *Spiritus energiâ* vid. Bez. præf. resp. ad acta p. 16. & Act. Coll. Possiac. Paris furfuris (4) illud, quod ex abusu axiomatis Aristotelici inferunt: *Memoria non est præsentium*. E. comedere & bibere corpus & sanguinem Christi in ejus ἀνάμνησιν, dicit objecti *absentiam*. Si enim ex ipso Philosopho limitabitur antecedens, unâ voce *sensualiter*, conclusio fluet haut alia, quàm mysteriodebita, sc. E. corporis & sanguinis Christi, ut διδομένου sacramentalis, præsentia *sensualis* non datur in cœnâ, quo nihil verius, vel, E. mors Jesu Christi, cujus memoriale eucharisticum imperatur in S. Cœnâ 1. Cor. 11. 25. 26. quoad actum numericum nō est præsens: sed supponitur ut præterita.

§. 50. Ita (5) cum præfulgente scriptura, & consensu antiquitatis sanctioris, Christus credatur *resurrexisse, sepulcro clauso*, ad Discipulos intravisse clauso ostio, & per *ostium adeo pariter sepulcri* (ante *lapidem*, non propter Christum resurrecturum, vel hujꝰ egressum: sed propter probandum illum jam resuscitatum & monumento egressum, ab Angelo *revolutum*) ac *cœnaculi* clausi, *egressus & ingressus* (conf. de illo Matth. 28. 2. 3. 4.

6. Marci 16.3.4.9. de hoc Luc.24.36. Joh.20.19.30.) Unde illa portenta Calvini, & Calviniſtarum, Sohnii, Sadeelis, Polani, Aretii, de illo: *ſive, Chriſto occurrente, lapidis durities ſe flexit*, ſive *divinitas Chriſti lapidem amovit, & corpori tranſitum fecit*, ſive *Angelus deſcendens in illo motu terræ lapidem devolvit, & ſic egreſſuro ſepulcrum patefecit?* Et de altero ſ. ingreſſu, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων: *Divinitas Chriſti aditum patefecit. Fortè fores ceſſerunt. Fortè Chriſtus per feneſtras eſt ingreſſus. Fortè per tectum:* conf. Calv. l. 4. Inſt. c. 17. ſect. 29. Martyr. in c. 20. Joh. Non aliunde ſanè, quàm ex abuſu rationis, & malè ad corpus glorificatum, eminenter πνευματικὸν, imò ὑποστατικῶς ipſius Dei filii corpus, applicato axiomate Phyſico, & in ſuâ ſede & in Theologiâ veriſſimo: *Nullum corpus merè phyſicum intrinſecè & extrinſecè circumſcriptum*, per aliud corpus ſolidum & æquè phyſicè circumſcriptum, eſt penetrabile. Ita (6) unde negatur, *aquæ aſperſionem*, vel in illam baptizati immerſionem & Spiritus S. operationē facere *unum baptiſmum*? Ex illo ſc. præjudicio rationis: *Extrinſecum* (aſperſio aquæ) *& intrinſecum* (Spiritus S.) *non poſſunt unicâ appellatione* (Baptiſmi) *& definitione exprimi* (Beza ad Act. p. 52.) Atque *illud intrinſecum*, Spiritus regenerationis per Symbolum extrinſecum (aquam) poteſt operari, ita, ut huic virtus regenerandi in illâ actione ſacrâ & inſit, & adſit atque ita diſtinguere licet intrinſecum ab extrinſeco, etſi non ſeparare. Et, ut appareat, quàm Deus ſit θρασύμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν: idem Beza ibidem: *Anima & corpus*, inquit, *examuſſim reſpondent, partibus eſſentialibus ſacramentorum.* Subſumatur jam: Atq; anima quamdiu ἐντελέχεια corporis, intimè unita adeſt corpori, actiones organicas operatur per corpus, ſic ut hoc ex ipſius animæ vitâ vivat. Ergo & Spiritus S. unitur aquæ Baptiſmi, ita ut per hanc velut inſtrumentum, regenerationem & renovationem operetur, ipſaque

Bapti-

Baptismi aqua â Spiritu S. quasi inflammata lavacrum tale sit, quod intimas animæ sordes abluat, conf. Ephes. 5. 26. Ita anima & corpus non facit duos homines: sed unum. E. & Spiritus & aqua, unum sacramentum, nec duplicem adeo: sed unum baptisma. Anima & Corpus continentur sub unâ totius definitione. E. & *aqua* & *Spiritus sub unâ definitione baptismi.*

§. 51. Autoritas Verbi divini, ipsiusq; sic scripturæ (4) consistit in divinâ virtute intellectum illuminandi, voluntatem flectendi, & determinandi, ipsamq; conversionẽ & regenerationem per modum medii vel instrumenti divini (non exclusis sacramentis Eph. 5. 26. Tit. 3. 5.) operandi, hominemque, sic ex nolente factum volentem, & credentem, ad salutem æternam perducendi, idque non saltem indicativè, per modum *doctrinæ* Hiobi 23. 33. Ps. 25. 4. 5. 119. 9. sed & mediante doctrinâ, operativè s. per modum divinæ energiæ e. c. tractionis, regenerationis, conf. Joh. 6. 44. 45. Ps. 19. 8. 9. Ps. 119. 24. 33. 36. 50. 57. 92. & seq. Unde appellatur virtus Dei ad salutem omni credenti Rom. 1. 16. & talis λόγ☉ ἔμφυτ☉, qui est δυνάμι☉ s. divinam ab ipso Autore Deo δύναμιν s. potentiam habet homines *regenerandi* & *animas* salvandi, conf. Jacob. 1. 18. 21. 1. Pet. 1. 23. de quâ divinâ Verbi ἐνεργείᾳ conf. plusc. Joh. 17. 20. Rom. 10. 17. Act. 10. 44. Hebr. 4. 12. & seq. Unde Paulus *DEO gratias agit*, quod Thessalonicenses illud ipsum *verbum* â se prædicatum, illum ipsum λόγον ἀκοῆς admiserint, *non ut sermonem hominum*: sed, *qualis revera est, ut sermonem Dei*, qui ipse λόγ☉ non saltem *operatus* fuit in Thessalonicensibus *fidem*, s. *ut crederent*: sed etiam in illis *jam credentibus* operetur fructus Spiritus 1. Thes. 2. 13. 14. Quid autem hîc Calviniani? Prout sc. sacramentis, ita & ipsi Verbo divinam illam energiam, efficaciam s. δύναμιν *regenerandi*, *salvandi*, vel, prout David loquitur, non saltem *oculos illuminandi*, & *rudem sapientem reddendi*: sed & *animam convertendi*, *cor lætificandi* Ps. 19. 8. 9. detra-

hunt, nec nisi nudum signi (cui assistat Spiritus S. in electis operaturus) nomen relinqvunt? *Valde fallitur*, ait Beza part. 2. resp. ad acta p. 116. *& in Deum ipsum injurius est, quisquis in regeneratione propter quam dicimur Dei opus, vel ipsi externo Dei verbo, vel sacramentalibus signis tantillum divinæ virtutis, hominibus renovandis & æternâ vitâ in Christo servandis attribuendum æstimat.* Ita Dordraceni: *Conversio*, inquiunt, *est immediatum DEI opus. Deus immediatè regenerat. Ad operationem Spiritus S. internam, & per hanc, infusionem fidei nil faciunt media: sed requiritur actio Spiritus S. in mente:* in jud. ext. p. 142. 166. provinc. p. 208. & alibi, quæ in Svencfeldianissmum exeunt: neque verò ex hypothesi jam supra excussâ, Ordinis sc. consiliorum & decretorum divinorum absolutorum, aliter possunt, quàm ut prout sacramentis rem cœlestem, & cùm substantiam, tum efficaciam: ita Verbo prædicato divinam illam abjudicent energiam. Constabit autem ex his omnibus, consensum talem fundamentalem malè supponi, & Syncretismos frustra postulari, nec minùs, quo loco habenda sint illa Parei in Irenico p. 71. 73. *Controversiæ inter nos & Lutheranos vel futiles sunt λογομαχίαι Theologis indignæ, vel sunt discrepantes locorum quorundam scripturæ interpretationes: sed analogiæ fidei non repugnantes, vel sunt dogmata S. scripturæ & orthodoxæ antiquitati consentanea: sed ab adversa parte parum rectè intellecta, & iniquè damnata, vel sunt stipulæ ab ipsismet fundamento superstructæ, â nobis verò improbatæ, vel sunt articuli nobis falsò impositi. Et quod reverà solum manet in controversiâ, dogma, sc. de corporali præsentiâ corporis & sanguinis Christi, in cœnâ, & orali manducatione, stipula, imo palea est. Quid igitur de eâ litigabimus?* Optandum rem ita habere, quod sc. solâ stipulâ vel paleâ ex sensu Parei, discerneremur. Ceterùm nec illa controversia sacramentalis, de stipulâ vel paleâ est, nec de solo sacramento, nedum uno illo, inter nos & Calvinianos κενόμενον.

SECTIO

SECTIO II. De Elencho nominali, inprimis Ecclesiastico.

§. 1. Primum facilè heterodoxorum ingressorum postulatum esse solet, illud, suspendendi vel intermittendi nominalis elenchi, simile ferè illi in fabulâ postulato lupi, ut sive â grege separentur, sive latratu prohibeantur canes, quò sic integrum esset invasori lupo, ἁρπάζειν καὶ σκορπίζειν τὰ πρόβατα Joh. 10. 12. Inde de jure Elenchi nominalis, in tali casu, quæsitū, an ille ibi sit libertatis an necessitatis? Ubi sanè respondendū affirmando posterius, negando priùs. Probatur (1) ex expresso divino mandato e. c. Isaiæ 58. 1. 1. Tim. 5. 20. 21. c. 6. 20. 21. 2. Tim. c. 4. 1. 2. 3. 4. Tit. 1. 12. 13. c. 2. 15. probatur (2) ex divino judicato, cùm in V. tum N. Testamento conf. Exod. 32. 21. Levit. 10. 3. 16. 1. Sam. 2. 15. 22. 23. 1. Reg. 14. 15. 16. c. 18. 17. 18. 21. c. 22. 27. Isaiæ c. 5. 3. 7. 8. c. 6. 9. c. 9. 8. 9. Jerem. 23. 13. 14. c. 28. 5. c. 29. 21. 24. Ezech. 21. 30. Dan. 3. 16. 17. c. 5. 22. Hos. 5. 5. 2. 10. c. 13. 1. 2. Amos. c. 7. 12. 13. 14. Jon. 3. 5. Mich. 1. 5. c. 3. 11. Mal. 1. 6. c. 2. 1. 2. 8. Matth. 3. 7. c. 11. 21. 23. c. 14. 3. 4. c. 23. 13. 14. 15. & seqq. Marci 8. 15. Act. 7. 51. c. 17. 22. c. 20. 29. 30. 31. 1. Cor. 15. 12. Gal. 3. 1. & seqq. 1. Tim. 1. 20. 2. Tim. 1. 15. c. 2. 17. Apoc. 2. 1. 12. 14 15. 18. 20. c. 3. 1. 7. 14. 17. Probatur 3. ex denunciato intermissioni talis Elenchi, vel ipsi sive interdicenti, sive intermittenti, & pravè *incrustanti*, anathemate divino conf. Hos. 4. 4. Ez. c. 22. 26. 27. 30. 31. Amos. c. 5. 10. conf. qvoq; elenchi divini canum non latrantium: sed cuticulam, dum potentioribus adulantur vel parasitantur, curantium, Isaiæ 56. 10. 11. (juxta Jun. c. 57. 2. 3.) & speculatorum, invasorem hostem nullo clangore intimantium Ezech. 3. 17. 18. (juxta Jun. c. 3. 2. 3.) Probatur 4. ex praxi & exemplo veteri Ecclesiastico, qvo non saltim ipso nomine expresso notati & damnati sunt Hæretici & Schismatici: sed & qui tali Elencho abstinuerunt, de eâdem hæresi habiti sunt suspecti, ad quam *prudentiam veteris Ecclesiæ* Vedelius & alii contra Remonstrantes in *arcanis*

causis Arminianismi, & ipsâ praxi Dordracenis aliquando provocarunt.

§. 2. Fruſtra objicitur quorundam locorum *conſvetudo* & vel ipſa præſcriptio. Neque enim Chriſtus *conſvetudo* eſt: ſed *VERITAS* Joh. 14. 6. & regno veritatis, ſupernaturalis inprimis, ipſique juri divino, nullo tempore, contrariâ ſive opinione ſive conſvetudine, præſcribitur Matth. 5. 18. Fruſtra 2. quod talis ſive *tolerantia*, ſive *libertas* tranquillitati ſerviat & Eccleſiæ & Reipublicæ: cum contrà, talis Elenchus turbet. Illi enim Paralogiſmo veteri jam olim ſatisfactum ab *Eliâ & Jeremiâ*, qui in illo agnoverunt fallaciam cauſæ & petitionem principii conf. 1. Reg. 18. 17. 18. Jer. 44. 17. 18. 21. 22. 23. Et utut liberis aliquando verbis intra ſuarum diſciplinarum ſphæram utantur philoſophi, in religionis tamen negotio ad *unam regulam* & ſentiendum eſt & agendum. Fruſtra (3) hîc *clamoſi Præcones*, & *intempeſtivi ac vel injurioſi Zelotæ* opponuntur. Tales enim præjudicantur ſæpiùs, quàm legitimantur ab illis, qui ſunt ἀπροδιδάσκαλοῦντες. In causâ autem religionis, judicium, de ipſo adeo Elencho, conſtare debet ἀπροσκλινῶς & χωρὶς προκρίματος. 1. Tim. 5. 21. & illud, de *ſervo Domini*, judicium, extra notorium carnalis affectus vel Zeli οὐκαθ' ὑπόγνωσιν, tutiſſimè *DOMINO* reſervatur 2. Cor. 5. 13. 14. Rom. 14. 4. 12. 13. Et licet aliud ſit furor, aliud *Elenchus S. Spiritus*, non tamen vel hîc agendum ex præjudicio rationis eſt (conf. 2. Reg. 9. 11. 12.) ſed & committitur ignoratio Elenchi in κεκινημένῳ de Elencho. Neque enim talis Elenchus excludit inculpatum exercitii moderamen & prudens temperamentum, pro ratione temporis, ſtatus Reip. & Auditorum. Et habet ipſe Elenchus ſuos gradus intenſiores, remiſſiores, totusque inſervire debet non animorum exaſperationi, vel ſubverſioni: ſed ſanationi & emendationi, ſic ut in illo agatur ex regulâ Chriſti Matth. 11. 29.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0065
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0067
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0068
DFG

SECTIO II. De Elencho nominali, inprimis Eccleſiaſtico.

§. 1. Primum facilè heterodoxorum ingreſſorum p
latum eſſe ſolet, illud, ſuſpendendi vel intermittendi non
lis elenchi, ſimile ferè illi in fabulâ poſtulato lupi, ut ſive â
ge ſeparentur, ſive latratu prohibeantur canes, quò ſic
grum eſſet invaſori lupo, ἁρπάζειν καὶ σκορπίζειν τὰ πρόβατα Joh.
Inde de jure Elenchi nominalis, in tali caſu, quæſitū, an ille
libertatis an neceſſitatis? Ubi ſanè reſpondendū affirmando
ſterius, negando priùs. Probatur (1) ex expreſſo divino man
e. c. Iſaiæ 58. 1. 1. Tim. 5. 20. 21. c. 6. 20. 21. 2. Tim. c. 4. 1. 2
Tit. 1. 12. 13. c. 2. 15. probatur (2) ex divino judicato, cùm
tum N. Teſtamento conf. Exod. 32. 21. Levit. 10. 3. 16. 1. Sam. 2.
23. 1. Reg. 14. 15. 16. c. 18. 17. 18. 21. c. 22. 27. Iſaiæ c. 5. 3. 7. 8. c.
c. 9. 8. 9. Jerem. 23. 13. 14. c. 28. 5. c. 29. 21. 24. Ezech. 21. 30.
3. 16. 17. c. 5. 22. Hoſ. 5. 5. 2. 10. c. 13. 1. 2. Amoſ. c. 7. 12. 13. 14.
3. 5. Mich. 1. 5. c. 3. 11. Mal. 1. 6. c. 2. 1. 2. 8. Matth. 3. 7. c. 11.
c. 14. 3. 4. c. 23. 13. 14. 15. & ſeqq. Marci 8. 15. Act. 7. 51. c. 1
c. 20. 29. 30. 31. 1. Cor. 15. 12. Gal. 3. 1. & ſeqq. 1. Tim. 1. 20. 2.
1. 15. c. 2. 17. Apoc. 2. 1. 12. 14 15. 18. 20. c. 3. 1. 7. 14. 17. Prob
3. ex denunciato intermiſſioni talis Elenchi, vel ipſi ſive i
dicenti, ſive intermittenti, & pravè *incruſtanti*, anathemat
vino conf. Hoſ. 4. 4. Ez. c. 22. 26. 27. 30. 31. Amoſ. c. 5. 10. conf. q
elenchi divini canum non latrantium: ſed cuticulam, d
potentioribus adulantur vel paraſitantur, curantium, I
56. 10. 11. (juxta Jun. c. 57. 2. 3.) & ſpeculatorum, invaſor
hoſtem nullo clangore intimantium Ezech. 3. 17. 18. (ju
Jun. c. 3. 2. 3.) Probatur 4. ex praxi & exemplo veteri Eccle
ſtico; qvo non ſaltim ipſo nomine expreſſo notati & dam
ſunt Hæretici & Schiſmatici: ſed & qui tali Elencho abſtin
runt, de eâdem hæreſi habiti ſunt ſuſpecti, ad quam *prudent*
veteris Eccleſiæ Vedelius & alii contra Remonſtrantes in

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746211430/phys_0069
DFG